SVMMA CORONA CONFESSORVM,

MAGNIFICI AC REVERENDI D. MAVRI ANTONII BERARDVCII

Vigilienſis, Sacræ Theologiæ Doctoris & Magiſtri,

SECVNDA PARS.

Continens Tractatus, de Reſtitutione; de Vſura circa mutuum; circa emptionem, & venditionem; de Contractibus vſurarijs contra iuſtitiam, pignorationum; de Retrouendendo, Cenſualibus, atque Cambijs.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M DC III.

Apud Ioan. Antonium, & Iacobum de Franciſcis.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX FIDELISSIMVS HVIVS SECVNDAE PARTIS SVMMÆ CORONÆ CONFESSORVM.

In quo littera a, denotat primam paginam, b, ſecundam.

A

Abſolui an debeat qui poteſt ſtatim reſtituere totum,& nõ vult niſi paulatim. 13.a
Actio realis quæ ſit, quæ perſonalis. 40.a
Actio realis eſt duplex. ibidem
Actio pro donatione,pro legato, ibid. & 41.b.
Actio perſonalis,pro debito,pro cenſibus, 40.b.41.a.b
Actionem emere quando liceat. 40.b
Ars mercatoria in ſe, nec bona, nec mala eſt. 60.b
Ars Campſoria ex circunſtantijs fit bona aut mala. ibid.
Ars Campſoria eſt neceſſaria. ibi.
Ars Campſorum abſolutè conſiderata,eſt iuſta.
Ars proxenetarum ſit ne bona, an mala. 76.b
Aſſecuratores committant ne uſuram aſſecurando naues,ſiue quid aliud. 34.b.35.a
Auari qualitates. 25.b
Auarus inebriatur abſinthio. ibidem
Auari nunquam implentur. 29.a
Aurum quare ſit crocei coloris. 61.a

B

Bona omnia vſurarij an ſint obnoxia reſtitutioni. 58.b
Bulla Nicolai Quinti ſuper cenſibus. 52.a
Bulla Pij Quinti ſuper forma creandi cenſus. 53.b
Bulla Pij V. ſuper Cambijs, & eius examinatio. 75.b

C

Cambiũ vt fiat ſine peccato,quomodo agendum. 68.b
Cambiare an liceat in vna ciuitate ad omnes alias. 69.a
Cambium ſiccum eſt condemnatum. 71.a.73.b
Cambium omne reduci poteſt ad aliquam ſpeciem contractus. 71.b
Cambij falſitatis rationes. ibid.
Cambium & recambium cõdemnantur,& rationes de hoc. 73.a
Cambia non poſſunt ſolui,vbi nõ ſunt nundinæ, uel mercatorum conuentio. 74.b
Cambiorum tria genera poſſunt fieri 62.a
Cambium ad minutum, & cui id non liceat facere. 62.a.b.63.a

Digitized by Google

Cambiũ per litteras. 63.b. eſt duplex. 64.a
Cambiũ reale per litteras fit duobus modis,& quomodo. 64.a
Cambium ſiccum,& unde dicatur, & eius ſpecies. 65.a
Cambium ſiccum quando ſit licitum. 65.b
Cambiorum ſpecies diffusè tractátur 66.a.& ſeq.
Cambij veri definitio. 66.b
Cenſus vnde dicatur,& eius definitio. 49.a
Cenſus eſt duplex. ibi.
Cenſus conſignatiui & reſeruatiui differentia. 49.b.50.a
Cenſuum cõſtituendorũ regulæ.50.a
Cenſus conſignatiuus eſt duplex.50.b
Cenſuum plures ſpecies. ibi.
Cenſus annuus ſimpliciter an emi & uendi poſſit. 51.a
in Cenſus emptione duplex fraus ac prauitas eſſe poteſt. ibid.
Cenſus perpetuus redimibilis, an ſit licitus. 51.b
Commodium proueniens ex mutuo, vt ſit vſura,oportet ut ſit pretio ęſtimabile. 30.a
Conditiones quæ requirantur in lucro ceſſante,ut poſſit de ipſo conueniri ſine vſura. 31.b.& ſeq.
Conditiones tres apponendæ in contractu venditionis ad tempus, ne ſit vſurarius. 42.b
Conditiones quæ requirantur, ut pactum de retrouendendo ſit iuſtum. 47.b
Conditiones quæ ſeruandæ ſint in cõtractu cenſuali. 54.b
Conditiones ſenſuum explicantur.55.b.& ſeq.
Coronelli Doctores cõdẽnãtur.73.b
Conſiderationes habendę in tertia ſpecie cambij. 67.b
Conductor,Emphyteuta, & Cenſuarius in quo differant. 49.b
Contractus qui ſint ualidi& qui,non. 58.b
Contumelia quid ſit. 57.a

D

Damnum emergens poteſt accidere in tribus caſibus, & qui ſint. 30.b.31.a
Dæmonis aſtutia in decipiendo mercatores. 69.a
Debitum. 40.b
Depoſitum debet reſtitui. 6.a
Depoſito non eſt utendum. ibidem
Depoſitum facere cum ſpe alicuius lucri, eſt uſura. 35.b
Detractio quid ſit. 12.a
Detrahentem audire,quando eſt mortale. 19.a
Dominium directum vel vtile quando quis habere dicitur. 6.b
Donatio. 40.b

E

Emere actionem quando liceat. 40.a
Emens rem citra dimidium pretij iuſti,an faciat fructus ſuos. 43.b
Emi non poteſt,quod nõ eſt in re nec in ſpe. 72.a

F

Fama præſtat bonis temporalibus. 17.a
Fama an ſit reſtituenda. 17.b
Famæ reſtituendæ modus. 19.a

Fraus

Digitized by Google

Fraus in pretio eligendo. 28.b
Fraus quæ ſit in Cambijs per litteras. 63.b
Fraus cambiorum faciendo conuentiones. 66.b
Fructus pignoris debet computari in ſortem,& quando hæc regula fallit, 46.a
Fur quid prius debet reſtituere, furtũ an debitum. 15.a

G

Genus omne cambij poteſt reduci ad aliquam ſpeciem contractus. 67.a

H

Hominem iniuſtè occidens, aut percutiens, ad tria tenetur. 23.b
Hominem offendens in bonis animæ, an teneatur ad aliquid. 24.b
Homicidium caſuale, & plura de eo. 21.b.22.a.b
Homicidium uoluntarium, quod ſex modis perpetretur. 22.b
de Homicidio plura dubia, & reſolutiones. 23.b.24.a
Honor quomodo reſtitui debeat. 19.a

I

Infamare aliquem, quando ſit mortale, & quando ueniale. 17.a
Infamare ſeipſum quando eſt mortale. 17.b
Infamare contra iuſtitiam, quando eſt. 18.a
Infamia quando inducatur à peccatis uenialibus. 18.b
Infamia aliquando inducitur à peccatis mortalibus. ibi.
de Infamia plura dubia & reſolutione 19.a.b.20.a
Intereſſe quid ſit,& quotuplex. 4.b
Intereſſe Cambij quando liceat quærere. 74.a
Interficiens pro ſui defenſione an peccet,& an teneatur. 21.a
Interficiens furem an teneatur. 21.b
Iuſtitia pretij in cambijs vnde pẽdeat. 67.b
Iudices quando debeant interrogare ſeruato ordine iuris,& quãdo non. 20.a

L

Legatum factũ in teſtamento. 40.b
Licitatori accipienti rem ad vendendũ, an liceat retinere ſibi aliquid de pretio. 43.b
Lucrari an liceat aliquid in cambijs per litteras. 64.a
Lucrum ex uſura quid ſit. 26.a
Lucrum triplex vſurariũ poteſt interuenire in mutuo. 29.b
Lucri ceſſantis ratione àn liceat ex mutuo aliquid plus exigere. 31.a
Lucrum ceſſans deſcribitur, & circa eum plura. 31.a
Ludus in quibus caſibus eſt illicitus. 5.b
Lucrum proueniens reſpectu ſolius tẽporis eſt iniuſtum. 68.b

M

Mercatores ſumentes ad cambiũ modo illicito, an poſſint eandem pecuniam dare ad cambium cum aliquo lucro. 76.b
Mercatorum aſtutiæ in augendo, uel minuendo pretium. 28.a

Mer-

Digitized by Google

Mercatores facientes monopolia, ad quid teneantur. 44.a
Meretrix an teneatur reſtituere. 12.a
Modus inhoneſtiſſimus cambiandi in Hiſpania. 70.a
Monopoliorum iniquitas eſt damnoſa Reipublicæ, & premit pauperes. 44.b
Mutuum verum. 26.b
Mutuum interpretatiuum quid ſit. 37.b
Mutuare & emere differunt. 51.b

N

Negotiatio ex ſe non eſt nec bona, nec mala, ſed ex quibuſdam conditionibus redditur illicita, fraudulenta, periculoſa. 37.b
Notarij ſtipulantes ſcienter cambia illicita, peccant mortaliter. 76.b
Nundinæ cur repertæ. 66.a
Nundinę principales Italiæ & aliarum prouinciarum quæ ſint. 77.b

O

Offendi poteſt homo dupliciter. 17.a

P

Pactum de ſoluendo intereſſe poteſt ſemper poni in omni contractu, præterquam in Cambijs. 31.a
Pacta illicita in pignoratione quę ſint. 46.b
Pactum legis commiſſoriæ quid ſit. 47.a
Pactum adiectionis in diem. ibid.
Pactum de retrouendendo dupliciter poteſt fieri. ibid.
Pactum de retrouendendo in quibus caſibus poſſit arctari. 47.b
pactum de retrouendendo diminuit de pretio. 48.a
pactum de retrouendendo quando præſcribatur. ibid.
pecunia dupliciter poteſt conſiderari. 31.a.61.a
pecunia quare fuerit introducta. 60.b
pecunia permutaria eſt duplex. ibid.
pecuniæ auctor quis fuerit. 61.a
pecunia inſtrumentum diaboli. ibid.
pecunia quando ſit uendibilis, & quando non. ibid.
pecunia quare poſſit uendi, aſſignantur multæ cauſę. 61.b
pecunia abſens minus ualet quàm pręſens. 65.b
pecunia poteſt valere plus uel minus octo rationibus. 69.b
pecuniarum copia & inopia facit pretia cambiorum vſuraria. 72.a
periculoſum eſt conſulere legiſtas de vſura. 25.a
permutatio rerum uenalium fit dupliciter. 60.b
de pignoribus in quibus cadit uſura. 46.a
pretii iuſti definitio. 37.b
pretium iuſtum eſt duplex. 38.a
pretium naturale non ſtat in indiuiſibili. ibid.
priuilegiū Bullæ quō non ualeat. 13.b
promiſſio ut obliget, tria requiruntur. 4.a
proxenetæ & Maranchi quando peccent. 76.b

R

Reſtitutio quid ſit. 2.a
Reſtitutio & ſatisfactio in quo con-

conuenient,& differant. ibidem
ad Reſtitutionem quando teneatur homo. 2.b
ad Reſtitutionem multipliciter homo tenetur. 2.b.& ſeq.
ad Reſtitutionem an teneatur, qui impedit aliquem à conſecutione alicuius boni. 3.a.b
ad Reſtitutionem quãdo teneatur homo ratione intereſſe. 5.a
ad Reſtitutionem an teneamur ratio ludi. 5.b
Reſtituere quis debeat. 8.b.& ſeq.
Reſtituendum quid ſit, & cui. 11.b
Reſtituendum quando ſit, & in quibus caſibus hæc regula fallat. 12.b 13.a
Reſtitutio quomodo ſit facienda. 14.b.& 15.a
Reſtitutio vbi ſit facienda. 15.b
de Reſtitutione damni facti in perſona. 20.b.21.a
Reſtitutio pro quo occiſo ſit facienda. 21.a
Reſtitutio pro occiſo quanta ſit facienda;& quibus. 23.a.b
Res inuentæ quando,& quomodo debeant reſtitui. 6.b
Res uenales ęſtimandæ ſecundũ vſum hominum. 37.b
Res tanti valet, quanti vendi poteſt, quomodo intelligendum. 38.a.& 43.a
Rem, & pretium nemini licet habere. 42.a
Re accepta in pignus an poſſit aliquis uti. 46.a
Res per vſuras accepta non tranſit in dominium uſurarij. 57.b
Res venales tripliciter poſſunt emi & uendi. 62.a

S

Societas quando ſit licita, & plura de ſocietate. 26.b.& ſeq.
Sors principalis quid ſit. 27.b
Species prima,& ſecunda cambiorum. 66.b
Species tertia cambiorum. 67.b
Species quarta cambiorum. 69.b
Species quinta & ſexta cambiorũ. 70.a
Species ſeptima cambiorum. 71.a
Species octaua cambiorum. 71.b
Species nona & decima cambiorum. 74.b
Species vndecima cambiorum. 75.a

T

Terminus ſoluendi litteras cambij,& quãdo intelligatur. 77.a
Teſtator an patiatur, ſi hæredes non ſoluunt eius debita. 4.b
Teſtes quando teneantur reſtituere, quia voluerunt examinari. 11.a
Theſaurus inuentus an, & cui reſtitui debeat. 7.a

V

Vendens ad tempus, an poſſit interim fructus percipere. 42.a
de Venditione plura. 44.a
Venditor an teneatur ſemper vitium rei manifeſtare. 44.b
Vim ui repellere licet. 21.a
Vita hominis non eſt pretio ęſtimabilis. 23.a
Vſurarius debeat ne prius reſtituere vſuras, an debita. 15.a
Vſurarius mentalis an teneatur ad reſtitutionem. 33.a
Vſurarius mentalis, tripliciter intelligitur. ibid.

Vſura-

Vſurarios caſus ad theologos pertinet decidere. 45.a
Vſurarius an vltra vſuras teneatur ſoluere intereſſe, quod paſſus eſt debitor, & quomodo. 57.a.b
Vſura vnde dicatur. 25.a
Vſura eſt contra ordinem naturæ, & contra omnes leges. ibi.
Vſuræ quibus permittantur. ibid.
Vſura dicitur morſus, & uorago. ibid.
Vſuræ definitio, & eius explicatio. 26.a
Vſura non poteſt cadere vbi non interuenit mutuum. 26.b
Vſura an ſit tradere rem pro re abſolutè. 27.b
Vſurariæ fraudes plurimæ. 28.a. & ſequen.
Vſura non eſt, quando datur aliquid non ratione mutui, ſed ratione intereſſe. 30.a
Vſura ſine peccato expreſſo, ſola intétione committitur. 33.a
Vſuram ne committat accipiens aliquid pro mutuo ultra ſortem, non ratione mutui, ſed quia ei aliàs debeatur. 35.b
Vſura quæ committitur in uenditione, declaratur pro multis caſibus. 38.b. & ſeq.
Vſura circa contractus de retrouendendo. 47.a
Vſura circa contractus cēſuales. 49.a
Vſura circa contractus cambiorum. 60.b
Vſura, & iniuſtitia in cambio reali per litteras. 64.b

SVMMA CORONA CONFESSORVM,

Magnifici, ac Reuerendi

D. MAVRI ANTONII BERARDVCII Vigilienſis, Sacræ Theologiæ Doctoris, & Magiſtri.

SVMMARIVM MATERIERVM, Quæ continentur in hoc quarto Capitulo.

1 *QVando homo tenetur ad reſtitutionem rei alienæ.*

2 *Quæ differentia eſt inter reſtitutionem, & ſatisfactionem.*

3 *Illicitè acquiſitum, ſcilicet contra abſolutam Domini voluntatem, obligat ad reſtitutionem.*

4 *Acquiſitum contra liberam domini voluntatem, dum ſcilicet exigitur per viam extorſionis, obligat ad reſtitutionem.*

5 *Hic declaratum, quando aliquod erit illicitè acquiſitum, etiam ſi ſit datum cum libera domini voluntate.*

6 *Quando donatio erit illicita reſpectu donantis, vbi declaratur quis donare non poteſt.*

7 *Qui accepit dono ab eo, qui ideo donat, eo quod ſperat aliquod ſeruitium, & fauorem à donatario; ſi ipſe ſcientes accipit cum intentione non faciendi, vel ſeruiendi, tenetur illud in conſcientia reſtituere.*

8 *Qui accepit aliquod donum ex errore perſonæ, non poteſt illud ad ſe pertinere.*

9 *Qui damnificat proximum in bonis, tam per commiſſionem, quam per omiſſionem, & primo conturbando.*

10 *Declaratur quando aliquis tenetur ad reſtitutionem, damnum reficiendo, eo quòd impediuit proximum, ut non poſſet acquirere aliquod officium, beneficium, aut aliquod aliud ſimile bonum.*

11 *Tenetur etiam, quando proximum damnificat, eius bona deuaſtando,*

Digitized by Google

vbi declaratur, quando teneatur pro damno alteri indirectè facto vt ſuum ſaluaret.

12 *Declaratur ad quantum teneatur damnificans proximum, falſum teſtificando contra illum.*

13 *Hic definitur, ad quantum teneatur homo damnificans proximum per omiſſionem, ideſt non adimplendo quæ tenetur.*

14 *Dicitur, ad quæ teneatur, qui proximo damnum aliquot ratione intereſſe parit quid ſit intereſſe, & quot ſpecies habeat.*

15 *Intereſſe damni emergentis eſt duplex, ideſt intrinſecum, & extrinſecum, vbi declaratur, pro quo teneamur damnum, & intereſſe reficere.*

16 *Definitur intereſſe lucri ceſſantis, & declarantur partes definitiones.*

17 *Quando aliquis per ludum malè lucratur, quō ſit reſtitutioni obnoxiū.*

18 *Qui proximum damnificat per ſe, aut per alium, quamuis non ex intentione, ſed ſua tamen culpa, tenetur de damno.*

19 *Declaratur, quando depoſitarius teneatur pro depoſito à ſe malè cuſtodito.*

20 *Quando depoſitarius peccet, vtens depoſito, aut teneatur pro illo, ac etiam eius hæredes, depoſitum conſummando.*

21 *Quando homo teneatur rem inuentam reſtituere, etiam ſi eius Dominus ignoretur, aut poſſeſſorem non habeat.*

Digitized by Google

CAPITVLVM QVARTVM

De reſtitutione, & primo in communi.

RESTITVERE (vt verbi compoſitio oſtendit) idem eſt, quòd iterum quempiam in ſuum locum, & ius ſtatuere, hinc ſequitur, vt dum quis rem alienam occupat, & poſtea rem illam, ſiue eandem numero, aut in ſpecie, ſiue æquiualens in integrum reducit pro æqualitate ſeruanda, reſtituere dicitur. Vnde ff. de verbo. & rerum ſignifi l. plus eſt, ſic habetur: plus eſſe in reſtitutione, quam in exhibitione: nam exhibere eſt præſentiam corporis præbere; reſtituere autem eſt etiam poſſeſſorem facere, vt ſi quis raptus, & intruſus eſt, non reſtituitur quamuis exhibeatur, ideſt liberè permittatur permeare, niſi ad priſtinum locum ſuum ſtatuatur. Ex quo ſequitur, vt reſtitutio propriè locum non habeat, niſi vbi ratio debiti interuenit, ſiue ſit per ablationem iniurioſam, vt in deuaſtatione, ſiue damnum illatum, ſiue per rem ſublatam per furtum, aut rapinam, ſiue ſit cum domini voluntate, vt in mutuo, & cæteris contractibus: nam ſi quis dederit mihi centum dono, pro quo gratitudinis cauſa ego tantundem refero, non eſt dicenda hęc reſtitutio. Cum autem reſtitutio ſit actus commutatiuæ Iuſtitiæ, quæ conſiſtit in quadam æqualitate, & conſeruare Iuſtitiam ſit de neceſſitate ſalutis, conſequens eſt, vt quod iniuſtè detinetur, ſit reſtituendum de neceſſitate ſalutis, ſicut enim auferre alienum eſt peccatum mortale, quia eſt contra præceptum Decalogi, non furtum facies: ita retinere alienum inuito domino, eſt mortale, quia contra æqualitatem Iuſtitiæ, ut ait D. Thom. 2. 2. quæſt. 62. art. 1.

Et quamuis reſtitutio, & ſatisfactio quandoq; confundantur, vt promiſcuè vulgares utroque nomine utantur, maximè cum habeant affinitatem quandã: ſatisfactio enim, & reſtitutio ad Iuſtitiam commutatiuam pertinent, ſecundum D. Th. quo ſupra, nam utraq; ſit ſecundum æqualitatem rei ad rem, enim verò qui iniuria aliquem læſit, ad æqualitatis menſuram debet ei ſatisfacere; veruntamen multis rationibus differunt. *Reſtitutio, & ſatisfactio in quo conueniant. Et in quo differant.*

Prima ſumitur ex parte materiæ, nam reſtitutio exigitur, quando læditur Iuſtitia in rebus exterioribus, vt dum quis rem alienam occupat, ſatisfactio autẽ exigitur in actionibus, & paſſionibus iniurioſis, vt cum quis proximum verberat, aut conuitiis afficit, & ſimilia. Secunda differentia ſumitur ex parte eorum, quibus ſit reſtitutio, & ſatisfactio; reſtitutio enim propriè ſit ſolis hominibus: ſatisfactio autem non ſolum hominibus, ſed etiam Deo, eique pręcipuè ſit. Quoniam licet in proximum contingat etiam peccare, ex quo aliqua ratio ſatisfactionis ei debeatur, tamen propriè loquendo in Deum ſolum peccatur, ideo Propheta dicebat, Tibi ſoli peccaui, non enim in proximum lęſio ſcelus eſſet, niſi Dei auctoritate prohibita eſſet. Tertia differentia ſumitur ex diuerſitate effectuum, nam per reſtitutionem ſolum ceſſatur à peccando, dum enim homo eſt in mora reſtituendi, ſemper eſt in actu peccandi: per ſatisfactionem uerò remittitur peccatum quantum ad pęnam, remiſſa culpa, quem effectum ſortitur virtute paſſionis CHRISTI. Quarta differentia eſt, reſtitutionem non eſſe pœnitentiæ partem, ut eſt ſatisfactio, ſed præambula ad illam, quatenus per illam homo ceſſat à peccando, & diſponit ad pœnitentiam.

De qua reſtitutione, vt perfecta diſpoſitio ab homine fiat ad pęnitentiæ Sa-

Digitized by Google

Qualiter homo teneatur ad reſtitutionem. cramentum aliquas regulas breuiter dabimus, ex Doctoribus, qui de hac materia loquūtur, collectas, quibus in vniuerſum ſcietur, quotupliciter homo teneatur ad illam.

Primò, homo tenetur ad reſtitutionem ratione illicitæ acquiſitionis, & hæc
3 eſt multiplex.

Ratione illicitæ acquiſitionis, Primò, acquiſito eſt illicita, quia eſt contra domini voluntatem, cum iniuria, vel occultè, ut in furto, vel manifeſtè, vt in rapina.

Secundò, acquiſitio eſt illicita, quia eſt contra liberàm domini voluntatem,
4 & eſt, quando fit per quandam vim compulſiuam, & hoc, vel per metum cadentem in conſtantē virum, vel per extorſionem, ut ſolent facere quandoque domini extorquendo à uaſallis, officiales à ſubditis, & vir ab vxore, & ſimiles: malè tractantes eos, qui precibus ſuis non parent, quia etſi tales donant, non tamen liberè donant. Sylu. verbo, Reſtit. 2.

Dubium. Sed hic quæritur (quia dictum eſt datum timoris cauſa eſſe reſtituendum) an datum ab aliquo delinquente illi, qui ſciebat eius delictū, & poſſet, aut vellet eum iuſtè accuſare, ſi deſiſtit ab illa accuſatione propter pecuniam acceptam:

Reſponſio. illa pecunia ſit reſtituenda, tanquam datum timoris cauſa? Reſpondet Nauar. c. 17. num. 14. quòd non, per textum iuncta Gloſ. & Bar. in l. accuſationes, C. de his quæ ui metuſve cauſa fiunt.

5 Tertiò, acquiſitio eſt illicita, etiam cum domini voluntate ex illicita datione, quia eſt turpis datio: & hæc vel eſt turpis reſpectu recipientis tantum, ſcilicet, quando accipit aliquid, ut faciat id, ad quod tenetur, puta datur Iudici, ut iudicet, quia ex induſtria ſententiam ad longum protrahit; aut dubitatur probabiliter ne malè iudicet, capit. ſtatutum, § inſuper, de reſcriptis in 6. uel datur depoſitario, vt depoſitum reddat quando tenetur, vel datur ei, qui tenetur accuſare iuſtè tamen, ut non accuſet, aut ut iniuſtè deſiſtat à iuſta accuſatione. Omnes huiuſmodi cum accipiant, pro his, ad quæ tenentur, malè accipiunt, & tenentur ad reſtitutionem, cap. non ſanè, 14. quæſtio. 5. & Nauar. capit. 17. numero 95. Ac etiam quando datur teſti, vt uerum teſtetur, niſi daretur ei pro labore, intereſſe, expenſis, aut itinere, & huiuſmodi, Nauar. c. 25. numero 45. Et tunc in his caſibus reſtituendum eſt ei qui dedit. Idem iudicium faciendum eſt de Notario, Actuario, Milite, & talibus, qui ratione ſui muneris publici accipiunt plus ſuis ſtipendijs taxatis. Nauar. cap. 17. num. 33. & 34.

Vel datio eſt illicita ratione utriuſque partis: puta, quia datur ad corrumpendum iudicem, aut ad emendum beneficium, aut ad falſum teſtandum, & tunc non debet reſtitui ei, qui dedit, ſed Eccleſiæ, vel parti læſæ, ac tenetur ad omne damnum, & intereſſe propter falſi teſtationem.

6 Quarto, acquiſitio eſt illicita etiam cum libera uoluntate, & hoc ratione perſonæ dantis, quia accipitur ab eo, qui dare non poteſt.

Sed hic quæritur, quis donare non poſſit? Reſpondetur: Amens, Furioſus, qui non eſt ſanæ mentis, niſi habeat lucida interualla, quia illa tunc donatio tenet, Prodigus, quando datus eſt ei Curator, Pupillus, Filiusfamilias, niſi eſſet in dignitate conſtitutus, aut haberet aliquod peculium, de quod poſſet diſponere, Seruus, Religioſus, Vxor ſi non habet aliquid extrà dotem. Is, qui non habet dominium ſuper re donanda, vt ſunt fur, & latro, & huiuſmodi, quia nullum acquirit Ius ſuper re furata. Is cui prohibita eſt donatio ex aliqua lege; Is, qui non eſt ſoluendo creditoribus, & donando efficeretur impotens ad reſtituendum, puta vſurarius, qui nō poſſidet niſi bona per vſuram acquiſita, & cāptor, qui non poteſt reſpondere, & huiuſmodi, & vniuerſaliter omnis alienatio facta in fraudem creditorem, ac

etiam ſi

Digitized by Google

etiam ſi non ſit facta in fraudem, eſt tamē fraus in facto, obnoxia eſt reſtitutioni, l. omnes, §. Lucius, ff. eodem titu. Et denique minor viginti quinque annorum, niſi poſt ratum habuerit. Sylu. Verbo, donatio. 1. § 3. Nau. c. 17. num. 105. Clericus bona Eccleſiæ; niſi fructus beneficij.

Quinto, acquiſitio eſt illicita, quando accipitur à dante hac intentione, ſcilicet quia ſperat aliquod ſeruitium, ac fauorem ab accipiente, aliter non daret, & ipſe ſcit intentionem dantis, & ſeruitium non intendit facere cum poſſit, & ſeruitium eſt licitum: quia accipiendo, & tacendo conſentit, & illud habet cōtra voluntatem dantis in conſcientia, quamuis non detur locus reſtitutioni in foro exteriori, l. ſi repetenti, C. de cond. cau. dat. ob cau. nō ſeq. ſi aūt neſciebat eius intentionem, dum accipiebat & poſtea ſciuit, ſi tunc res extat, tenetur illā reſtituere: ſi non extat, ſed conſumpta eſt, tenetur tantum reſtituere, quantum factus eſt locupletior. ff. de pet. hær. l. vtrum.

Sexto acquiſitio eſt illicita, quia fit ex errore dantis, cum excludat eius liberam uoluntatem, & datum eſt accipienti indebitū. Et hic error poteſt fieri, vel in perſona, quia credit dare Titio, & dedit Seruio: vel in fortuna, quia credidit dare pauperi, & dedit diuiti mētienti ſe pauperem eſſe, quem ſi talē ſciret, nullatenus ei dare. Scot. in 4. ſen. q. 15. Caieta. 2. 2. q. 187. art. 5. vel erit error in moribus, quia credidit dare viro bonæ vitæ, & dedit hypocrytæ ſub ſpecie ſanctitatis, aut mendicanti ſano & forti, ſub ſpecie infirmi ſe fingentis. Omnes iſti, & huiuſmodi reſtituere tenentur. Nau. c. 17. nu. 107.

Secundo principaliter, homo tenetur ad reſtitutionem ratione damnificationis à propoſito factæ, & hoc uel in bonis, vel in fama, vel in perſona. In bonis dupliciter, ſcilicet, vel committendo, vel omittendo. Cōmittendo tripliciter ſcilicet impediendo, Deuaſtando, & ob teſtationem falſi, aut reticentiam veri, de quibus per ordinem. 9 *Ratione damnificationis à propoſito.*

Primo, homo tenetur ad reſtitutionem, impediendo efficaciter; puta quādo impeditur ruſticus ab operibus ſuis, piſcator à piſcatione, auceps a ſua aucupatione, & huiuſmodi, ac etiam impediendo curſum cauſarum, cū calumnijs, & dilationibus, quia tenentur ad expenſas & intereſſe; & auferendo inſtrumenta artifici, & cuicunque laboranti, qua ablatione ſcit, aut ſcire debebat, magnum damnum domino euenturum, ex eo quod non habet alia inſtrumenta, quibus operetur, etiam ſi eſſet acus, quando ſutor alium habere non poteſt, ac denique faciēdo ſoluere iniuſtè, aut fugere facere coniectū in carcerem ob debita; quia tenetur pro credito. Nau. c. 17. nu. 101. Adde ſecundū Scotum, niſi eſſet impotens, nō valens ſoluere ſine dilatione, & creditor poſſet expectare, & non vult ſua iniquitate, cum deberet ex charitate. *Impediendo.*

Præter iſtum caſum notatum à Scoto in 4. diſt. 15. omnes ſupradicti, & ſimiles tenentur reficere damnum, quod impediendo fecerunt;

Sed hic quæritur, an qui impedit aliquem à conſecutione beneficij, officij, aut alterius boni, teneatur ad reſtitutionem, eo quòd efficaciter impediuit. 10 *Dubium pulchrum.*

Cum Soto, in quarto de iuſtitia & iure q. 6. art. 3. & Nauar. c. 17. num. 69. vſque ad 74. perpenſis, quæ per alios Doctores dicuntur, reſpondetur, Tunc impedientem teneri ad reſtitutionem, quando impeditus habebat ius acquiſitū in illa re, à cuius aſſecutione impeditur, verbi gratia in beneficio per collationem confirmationem, aut alium modum: aut erat ei de iuſtitia debitum per aliquam iuſtam promiſſionem, aut electionem, aut præſentationem. Hoc idem obſeruandum in alijs: puta qui habet ius acquiſitum in aliquo bono per diſpoſitionem inter viuos, aut vltimam voluntatem, aut emptionem, aut ſtipulationem. *Reſponſio.*

Et hæc intellige, ſi impediens per aliquos modos Iuſtitiæ contrarios impediuerit, ſcilicet, per vim, metum, dolum, mendacium, & fraudē: Nam ſi vtitur terminis Iuſtitię, quamuis cum odio, non tenetur ad reſtitutionē, quia ſola intentio odioſa ſine opere iniurioſo & fraudulento, non eſt contra iuſtitiam, ſed contra charitatem.

Reſolutio quæſtionum.

Ex his colliguntur reſolutiones ad quædam quæſita, primo qui facit mutare teſtamentum, legatum, aut donationem ſolis blanditijs, aut precibus, & huiuſmodi, ſiue pro ſe, ſiue pro alijs, non tenetur ad reſtitutionem quamuis lęthaliter peccet, ſi odio id facit: ſed ſi vi, aut metu iuſto teſtamentum, legatum, donationem, & ſimilia reuocare facit. Item ſi mendacijs, aut fraude, ſcilicet dicendo, legatarium, aut donatarium eſſe mortuum, aut non eſſe conſanguineum, aut eſſe ſpurium, & ſimilia, per quæ legatum, aut donatio reuocaretur non eſt, quin teneatur ad reſtitutionem.

Secundo, qui impedimēto eſt alicui, ne aſſequatur beneficium, officium, aut aliud bonū, ſuadendo electori, ne eligat, aut præſentatori, ut nō præſentet, aut collatori ut non conferat, dū erant in via, ſcilicet antequam iſti elegerint, aut pręſentauerint, non tenetur ad reſtitutionem, quia vbi non eſt aliquod Ius in re, aut debitum legale, à quo qui ſpoliatur, iam ſibi aliquid ablatum dicat, non eſt locus reſtitutioni, quamuis adſit aliquod debitum morale per eius uirtutem, idoneitatem, & huiuſmodi. Sed ſi præſentator præſentauerit, & elector elegerit, & impediens mutauerit electoris, aut pręſentatoris uoluntatem, ut alteri detur, etiam digniori, tunc impediens tenetur reficere damnum, quia tunc illud erat ei de Iuſtitia debitum, in quo acquiſierat aliquod ius, licet imperfectum, per quod illi conueniebat: hæc quantum ad primos duos: quantum ad collatorem, ſi collator elegerit conferre beneficium indigno, prætermiſſo digno, non ei tenetur collator pro damno aliquo, quamuis pro merito illi conferre debuerat, ſed tenetur Eccleſiæ, & populo, quibus damnum intulit pro mala electione, quibus de idoneis miniſtris pro ratione ſtipendiorum, quæ ipſis perſoluunt, prouidere tenetur. At verò qui alterum à conſecutione beneficij per iniuriam impediuit, puta Collator propoſuerat, & in animo firmatum habebat beneficium conferre Titio, & alter impediendo mutauit eius volūtatem, vt daret indigno, impediens tenetur Titio pro omni damno; & hoc intelligo, ſi fecit dolo, fraude, vi, metu, aut mentiendo illum eſſe ignarum, aut malę vitæ, & huiuſmodi, per quæ mutauit collatoris uoluntatem, etiam ſi pro æquè digno, aut digniori procuraſſet, quia fecit contra Iuſtitiæ terminos, & nullo iure ſuo vſus eſt, alienum violando, & iniuriam illi irrogando, pro his ſi plus deſideras, vide Nauarrum loco ſupra citato, & Sotum de Iuſtitia & iure, lib 4. q. 6. artic. 2.

Nota.

Tertio, quando beneficia, & officia dantur per concurſum dignioribus, per ſtatutum, quòd neceſſariò debent dari, & conferri candidatis, tempore ſtatuto concurrentibus, ſi ſatis ſunt digni, & qualificati, & aliquis impędieriet ne daretur dignioribus legitimè concurrentibus, tenetur ad reſtitutionem. Nauar. quo ſupra. Sed nota ſecundum D. T. reſtitutionem in his caſibus non eſſe faciendam ſecundum æqualitatem damni illati, ſed ſecundum æquitatem, ad iudicium boni viri; & hæc intellige, ſi beneficium erat firmatum iam, quod enim parum diſtat, nihil diſtare videtur. Sed ſi beneficiū erat datum iam, in hoc caſu non dicetur impedire, ſed auferre, & ideo tenetur ad totum damnum, ſecundum tamen ſuam facultatem.

Quarto, qui odio facit, vt herus dimittat ſeruum, qui poſtea nō inuenit ſalarium, aut non tantum, ſi hoc fecit, vt dimitteretur ante terminum temporis conuenti, tenetur de dāno, quia facit cōtra legem Iuſtitiæ, aliàs nō teneretur.

Quintò,

Digitized by Google

Quintò, qui aquæductum, ſeu aquæ venam diſcurrentē per fundum ſuū ad puteū vicini, rumpit, vt ſibi proſit; puta qa vult ducere circa muri fundamentum, aut vti illa aqua ad ſuum beneficium, non tenetur ad reſtitutionem, etiā ſi hoc odio faceret, quia etſi tunc contra charitatem facit, non tamen contra iuſtitiam, ſi autem illud facit, non vt ſibimet proſit, ſed vt obſit vicino, eſt illi iniurius, quia non facit iure proprio, ſed contra iuſtitiam; & ex conſequenti tenetur pro damno illato, l. 2. ff. de aqua plu. arcen. §. idem.

Sexto, qui aliqua fraude, aut vi impedit, ne pauper petat eleemoſynam ab eo, qui paratus erat illi dare, tenetur de damno, nam licet donans gratis donet, tamen ille ius petendi habet. Sotus quo ſupra.

Secundò, aliquis tenetur ad reſtitutionem vt diximus, ratione damnificationis à propoſito, & hoc deuaſtando, puta fructus agrorum, ſemina, columbaria, & huiuſmodi. Quantum ad ſemina ſata, ſi conculcantur à caſu, ſunt reſarciēda prout erant in potentia, & in periculo, plus, vel minus arbitrio boni uiri, ſi verò per iniuriam, arctius ęſtimanda ſunt. 11

Quantum ad columbaria, qui capiunt columbas à columbarijs, vel cum rete infra certum ſpatium à lege præfixum, quia infra illud habentur vt domeſticę, tenetur de omni damno: ſi autem extra illud capit eas, non tenetur.

Et è contra, dominus columbarij tenetur de damno illato vicinis à columbis circa ſemina, fructus, & ſimilia, quando eſt notabile, vnde bonum eſſet illis temporibus eos paſcere, quando autem facit ſine culpa, nō tenetur. Sylu. Verbo, Reſt. 3. §.

Quæritur, ſi aliquis deuaſtauit rem alienam, vt ſaluaret ſuam, puta Marcellus habebat arborem in prædio ſuo, quæ pendebat ſuper domum Petri, & illam lædebat, vnde Petrus illam incidit, an teneatur de omni damno? Reſpondetur; ſi hoc facit auctoritate Iudicis, aut propria, præuia tamen denuntiatione, vt illam dominus incideret, & non curauit, non tenetur: ſecus autem ſi nihil horum fecit. Verum aduerte, quod ſi taliter incidens ita arborem truncauit, quod ligna inutilia remanſerunt ad id, quo vti erant acta, tenetur illud damnū reficere, quia poterat vtiliter incidere. Sylu. Verbo, Reſt. 2. nota. 7. *Dubium.*

Tertio ob teſtationem falſi, aut retentionem ueri, quando ſcilicet tenetur teſtificari, puta, iuſſus, vt teſtificetur in fauorem alicuius extremum damnum iniuſtè patientis, non vult dicere verum, excuſando ſe, vel abſcondendo ſe, vel fugiendo. Dixi (iuſſus) quia ſi non eſt iuſſus, non tenetur ad reſtitutionem licet peccat contra charitatem ſciens, & potens, & nolens teſtificari. Adde niſi timor alicuius periculi, quod propter id incurriſſet, eum excuſaret, etiam ſi eſſet iuſſus. Nau. cap. 25. nu. 41. & 44. 12 *Reſponſio. Ob teſtationē falſi.*

Damnificatio, quæ fit omittendo, eſt per aliquam obligationis ſpeciem, & hæc obligatio, vel erit naturalis tantum, vt in ſimplici promiſſione, in qua tria concurrere debent, ut obliget ad reſtitutionem, ſcilicet quod promiſſio ſit alicuius rei notabilis, & quod promiſſum ſit licitum, illicita enim per nihil debemus complere, etiam ſi adeſſet iuramentum: tertio, quod habuerit animum ſe obligandi: unde qui ſolis uerbis taliter promiſit, & non obſeruat promiſſum, tenetur de damno illato ratione promiſſi: nec obſtat quod non poſſit conuinci, & condemnari, quia in foro conſcientiæ ſufficit ſola intentio. Vel obligatio erit ciuilis, ut in contractibus, & in hoc tenetur etiam ad intereſſe, de quo ſtatim. 13 *Per omiſſionem. Vt promiſſio obliget, tria requirantur.*

Tertio principaliter, aliquis obligatur ad reſtitutionē ratione intereſſe: pro cuius rei intelligentia, eſt hic valde notādum quid eſt intereſſe, & quotuplex, quantum attinet ad munus noſtrum. 14 *Ratione intereſſe.*

Intereſſe propriè eſt æſtimatio alicuius damni illati, aut utilitatis nō habitę *Intereſſe quid ſit.*

Digitized by Google

propter alicuius factum iniuſtum, quod fieri non debuit, vel propter omiſſionem iniuſtam, quæ omitti non debuit.

Per hoc quod dico (damni illati propter factum iniuſtum) intelligo intereſſe damni emergentis.

Per hoc quod dico (vtilitatis nõ habitæ propter omiſſionem iniuſtam) intelligo intereſſe lucri ceſſantis, vt clarius inferius intelligetur. Cuius ſpecies ſunt plures, & ideo eius materia eſt profunda, ſed nos de ipſo dicemus quantum ſpectat ad confeſſarios in caſibus quotidianis, quo verò ad caſus arduos conſulant peritos, quia hic non intendimus omnia tangere.

Intereſſe triplex. Intereſſe eſt triplex, ſcilicet commune, ſingulare, & conuentum.

Intereſſe commune. Intereſſe commune eſt precium rei, de qua agitur, vt ſi uendis mihi domum centum aureis, ſoluo centum, & tu non tradis mihi domum; conuenio te ad meum intereſſe, & hoc petitur communiter in contractibus.

Intereſſe ſingulare. Intereſſe ſingulare eſt illud, in quo mora ſimpliciter commiſſa, aliquis non fuiſſet paſſus tale. Vel æſtimatio quædam, ſecundum quam, facta relatione rei ad dominum, plus valet ſibi iſta res, quam alteri, cuius non intereſt. Et hoc dupliciter accidit, vel ratione commodi, vel ratione affectus. Ratione commodi pono exemplum, emi à te quoddam prædiolum viginti, quod erat inter prædia mea, & ſolui tibi, & tu non tradiſti illud, vnde ex eo, quod nõ potui claudere, ſata ſemina mihi conculcata fuere, teneris de damno mihi facto. Vel accidit ratione affectionis, non tamen cuiuſcunque, l. prędia rerum, ff. ad legem Falcidiam, vbi dicitur res debet æſtimari communi ęſtimatione, & non affectione, ſed debet eſſe talis affectio, quia aliquo dãno propriè afficiatur, ſecundũ quã affectionem datur actio, exempli gratia, amiſiſti mihi librum, in quo ſtudui longo tempore, & totum apoſtillaui, in quo feci memoriam localem, propter quod ille ualebat mihi tanto plus; vnde vltra commune precium teneris ad tantum plus, quantum iuuabat me illa commoditas, & ſic augetur condemnatio etiam in foro exteriori, non tantum in conſcientia. Nau. c. 18. nu. 83.

Intereſſe conuentum. Intereſſe conuentum, ſeu conuentionale, eſt precium conuentum, ſeu intereſſe conuentionaliter declaratum, vel certa quantitas promiſſa loco eius, quod in futurum intereſſe poſſet: vt in exemplo, ſi non tradideris mihi equum tali die, tenearis pro intereſſe dare decem, vel ſimile, quia reſpectu petitionis, illa ęſtimato intereſſe, ſeu vtilitatis non habitæ, eſt illud, quod apponitur in contractu quandoque in pœnam, vt certa quãtitas determinata propter difficultatem probandi quantitatẽ proprij intereſſe, ad euitandas lites, quæ pœna ſuccedit loco intereſſe, ideo dicitur pretiũ conuentũ. In quo aũt caſu licet conuenire à principio de intereſſe futuro & incerto, inferius in materia de vſura dicet.

15 *Intereſſe dãni emergẽtis intrinſecum.* Recipit aliam diuiſionem intereſſe, vt tetigimus, ſcilicet quoddã eſt damni emergentis, & quoddam lucri ceſſantis. Et damni emergentis, eſt quoq; duplex ſcilicet quoddam eſt intrinſecum, & quoddam extrinſecum. Intereſſe intrinſecũ eſt illud, quod eſt in ipſa re, vel circa ipſam rem. In ipſa re eſt, cõſiderata malitia, & bonitate rei, exemplũ, qui tradit ſciẽter rem vitioſam pro bona, tenetur ad intereſſe, quia illa vitioſas meritò põt dici intereſſe intrinſecum, quia eſt vitium impediẽs id ad ꝙ natura illã rem ordinauit, unde q uendit equũ, bouẽ, & huiuſmodi cum aliquo defectu, aut uitio notabili occulto, & nõ manifeſtat tale vitium ſed pro bono, & perfecto uendit illum, tenetur reficere damnũ, & tãtum pretij reſtituere, quantũ minus venderetur cum illo vitio manifeſtè. Dixi (uitio occulto) quia ſi vitium eſt de ſe manifeſtum, nõ tenetur illud dicere, ſed emptor ſi decipitur, ſibi imputet. Aliud exemplum diuerſum. Vẽdidiſti Marcello uinum, oleum, vel triticum viginti, & ſolui tibi pretium, & nõ tradidiſti ei, nũc autem valet triginta, unde ſi dediſſes ea, tanti uendidiſſet, quia ad hũc finẽ

emerat,

emerat, vel emit pro familia ſua, & quia non tradidiſti tempore debito, oportuit eum emere triginta, vt eius familiæ prouideret, teneris ad intereſſe quod paſſus eſt. Idem dicendum eſt de intereſſe circa rē, ideſt quod prouenit ex ipſa re, ut eſt partus, rei quam uendidiſti vt fœcundā, & fructiferam, quæ non eſt talis, & vt ſunt fructus agrorum, & ſimilia.

Intereſſe extrinſecum eſt illud, quod eſt extra rem, ideſt quando prouenit, non ex ipſa re, ſed propter ipſam rem, exemplum, Marcellus vendidit Petro triticum, vel bladum, & quia non tradidit tempore debito, familia Petri fame perijt, ita etiam, quia non dedit bladum tempore conuento, eius animalia mortua ſunt. Quod intereſſe in conſcientia non debetur quando ex ſola omiſſione prouenit, videlicet, quia non potuit, ſed quando cum omiſſione venit cō miſſio, ideſt quando ex falſa promiſſione Marcelli, Petrus credens ei, deceptus eſt, vnde aliter non ſe prouidens, tale, vel ſimile damnum paſſus eſt, tunc Marcellus in conſcientia tenetur de omni damno, non ſolum de intrinſeco, ut dictum, eſt ſed de extrinſeco, quod dolo, & culpa ſua Petrus paſſus eſt, ff. de act. empt. l. Iulianus, & de iniu. l. ſi culpa. *Intereſſe extrinſecum.*

Aliud exemplum, qui corrupit ſeruum, vt fugeret, non ſolum tenetur de ſeruo, quo ad intereſſe intrinſecum, ſed etiam de eo, quod ſeruus ſurripiendo aſportauit fugiens, quod eſt intereſſe extrinſecum, quia dolo fecit, ut fugeret.

Intereſſe lucri ceſſantis eſt ceſſatio alicuius utilitatis, quæ impeditur certæ perſonæ, de ſua negotiatione licita, quia non utitur re ſua, quam ad illam negotiationem deſtinauerat. Et hæc ceſſatio uel accidit à principio, vel poſt moram. 16 *Intereſſe lucri ceſſantis quod eſt.*

Per hoc quòd dicitur (ceſſatio) differt ab intereſſe damni emergentis, quod propriè patitur homo in bonis ſuis, ex eo quòd non utitur re ſua: hic autem nihil patitur in bonis, ſed tantum impeditur à lucro, quod feciſſet, ſi rem ſuam negotiatus fuiſſet. Dixi (certæ perſonę) non .n. omnis perſona poteſt hanc vtilitatē de ſua pecunia petere, ſed illa quæ uerſatur circa negotiationes, quæ ſcit, & vult negotiari. Dixi (negotiatione licita) quia ſi etiam deſtinaſſet ſuam pecuniam, ſed negotijs illicitis, non poſſet quærere lucrum ceſſans. Dixi (deſtinauerat) quia ſi negotiator vltra pecuniam negotijs ſuppoſitam, haberet etiam aliā peccuniam ſeruatam ad alios fines, puta ad fortuitas neceſſitates, & non uellet eam negotiationi cōmittere, ſi poſtea illam mutuaſſet, non poſſet petere pro illa intereſſe lucri ceſſantis, eo quòd non eſſet negotijs expoſita.

Nota ſuper illa verba (re ſua) quod per rem ſuam intelligitur res, quæ diſtrahitur, vt pecunia, vel conſumitur, vt vinum, oleum, triticum, & ſimilia, in alias verò res non cadit intereſſe lucri ceſſantis, de hac materia latius in tractatu de vſura.

Ex his definitionibus colligi poteſt, quādo aliquis teneatur reſtituere in conſcientia, non ſolum ſortem principalem, ſed etiam intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis, ita ꝙ qui furatur aliquam quantitatem pecuniæ, non ſolū teneatur illam quantitatem reſtituere, ſed etiam intereſſe, quod paſſus eſt dominus pecuniæ: ſcilicet ſi non potuit reſpondere creditori ſuo, & paſſus eſt multas expenſas, aut vendidit merces ſuas ante tempus deſtinatum uiliori pretio, vt reſponderet alteri, aut paſſus eſt aliquod damnum in bonis, quibus prouidere non potuit propter amiſſionem pecunię, aut ſi erat mercator, aut homo uiuens de induſtrijs cum illa pecunia, a quibus induſtrijs eſt impeditus, non habendo aliam pecuniam, quam illam, quā amiſit, in omnibus his, & ſimilibus caſibus, tenetur ad reficiēdum damnum paſſum: non tamen tenetur reſtituere lucrum, quod fur feciſſet de illa pecunia, vt ait Nauar. c. 17. num 25. *Quādo homo teneatur ad reſtitutionem ratione intereſſe.*

Idem dicēdum de illo, qui tenetur creditori ſuo certam pecunię quantitatē

ſoluere.

ſoluere,& ueniente tempore ſolutionis,potẽs ſoluere non vult,malitioſè differendo tempus:maximè ſi citatus in iudicio multas propoſuit calumnias, ut dilationem daret:quia ultra damnum & intereſſe,tenetur ad expenſas.

Idem dicendum de illo,qui uendidit agrum,equum,bouem,aut aliam rem fructiferam,& nõ tradidit eam emptori tempore ſuo,ex quo propter moram, emptor rei impeditus eſt ab uſu illius rei, & perceptione fructus,ſeu utilitatis. Aut ſi uendidit rem uitioſam uitio occulto pro bona,unde emptor poſtea non potuit uti re illa,ut apparebat,uel finxit eſſe.

Idem dicendum de illo,qui furatus eſt equum,aut mulum locari ſolitos,de quibus dominus lucratus fuiſſet:non ſolum tenetur reſtituere equum, aut mulum,ſed etiam quantũ lucratus fuiſſet illis temporibus quo res furatas tenuit, deductis tamen expenſis debitis,& deduci ſolitis.ait Maior.in 4.diſt.15.q.27.

Et denique conſiderandum eſt,ꝙ in omnibus caſibus,in quibus aliquis creditor mutuans res ſuas,poteſt tuta conſcientia exigere intereſſe pro re mutuata, quando mutuatarius eſt in mora;tenetur etiam ad intereſſe omnis debitor potens,& debens reſtituere rem alienam,quando eſt in mora. Dixi(potens,& debens)quia dum non poteſt,nec debet,excuſatur; dum enim durat impotentia excuſans,ſicut de nouo non peccat,quia non dicitur eſſe in mora,ita durante illa,credo non currere intereſſe. Quando autem hoc accidit, vide c.ſequenti,ibi. (Quantum ad quartum quando debet fieri reſtitutio.)Et ſi quæris ſcire, qui, & quot ſint caſus, in quibus mutuans poteſt tuta conſcientia exigere intereſſe,uide inferius cap.de vſura. ibi(Quartum requiſitum eſt.)

17 *Ratione ludi.*

Quarto principaliter,aliquis obligatur ad reſtitutionem ratione ludi. Quãuis enim ludus genere ſuo ſit licitus, ita, ut ſine læthali culpa exerceri poſſit, ludo taxillorum excepto,præterquam etiam à clericis,& ubi leges prohibent, ſi ſunt in uiridi obſeruantia,& non conſuetudine abrogatę: tamen ſicut multis bonis circunſtantijs poteſt honeſtari,ita pluribus etiam uitiari, ut non ſolum ludens peccet mortaliter, ſed ſi Iuſtitiæ iura uiolet,teneatur etiam ad reſtitutionem:quod accidere poteſt in quattuor caſibus, prout ait D.Tho.2.2.q.32.art.1. Primo quando commiſit fraudem ludendo cum falſis taxillis, aut cartis,decipiendo,& huiuſmodi. Secundo quando finxit ſe inſcium ludi, in his,qui non tantum ſorte,ſed ingenio, ut ſunt aliqui ludi alearum, & præſertim ludus ſcacchorum,& ſimilium,& traxit alium longe imperitiorem ad ludendum. Tertio,quando lucratur ei,quem traxit ad ludendum:ſed nota ſecundum Sotum in 4.de Iuſt.& iu.quæſt.5.art.2.& Nauar.c.19. num.13. quod non omnis tractio,& ſimplex coactio ſufficit,ſed illa,quæ faceret actum ſimpliciter,inuoluntarium,ut accidit quando per aliquem metum iuſtum,& reuerentialem coguntur uaſalli à dominis ſuis, alias non luſuri: ac etiam quando à colludentibus improbis precibus & uerbis ita inſtigatur,ut niſi luderet,pudore afficeretur tanquam uilis,& abiectus,cum teneatur ab omnibus vir probus & vrbanus. Quarto,quãdo lucratur ab his,qui alienare non poſſunt,ut filijs familias non emancipatis, pupillis,furioſis,ebrijs,& mente captis, & omnibus aliquo impedimento laborantibus,propter quod rebus ſuis prouidere nõ poſſunt,& ob id dati ſunt eis curatores.Sed quãtum ad filiosfamilias hæc intelligenda credo, quando ludus eſset alicuius quantitatis notabilis: nam de ſcholaribus ſtudio uacantibus, non ambigendum eſt patres diſpenſare ſuper modica quantitate ſecundum conditionem ſui ſtatus, cum ſciant filios iuuenes eſse, & uix poſse ſine illis diſpendijs uiuere.

Ludus in quattuor caſibus eſt illicitus.

18 *Ratione dãnificationis nõ à propoſito.*

Quinto,aliquis tenetur ad reſtitutionẽ ratione damnificationis non à propoſito,ſed tamen ex culpa ſua,& hoc vel per ſe,vt exempli gratia:ſi quis aperuerit ciſternã,quæ erat in uia publica,ob quod damnificatus eſt dominus ciſternæ,

Digitized by Google

ſternæ, quia tranſeuntes auferunt aquam; tenetur non ſolum de illa aqua,quã abſtulit,ſed de omni damno;quod paſſus eſt dominus ciſternæ culpa ſua: item qui ingrediēs vineam racemum vuæ accipit,vnde parauit viam ſocijs idem faciendi,tenetur de omni damno ab illis culpa ſua illato,ſecus autem ſi ipſe nō fuit cauſa,vt alij ingrederentur,ſed vnuſquiſque per ſe ipſum intrauit.Idē dicendum de venatoribus,qui canibus,equis,vel proprijs pedibus vineta,aut ſegetes calpeſtrantes,notabile damnum inferunt.Vel damnum infertur per alios vt per ſeruos,& huiuſmodi,quia idem eſt.Aut quando canis mordax , aut bos cornupeta,& ſimilia,quæ communiter nocent,tenentur in publico ſine cautela, & inde ſecutum eſt damnum tertiæ perſonæ ſecus ſi abſque culpa ſua accideret,ſcilicet quia fuerant animalia prouocata,& ideo damnum intulerũt. Vel tenetur ad reſtitutionē,quia non ſeruauit depoſitum,vt debuit , ſed culpa ſua perijt,de quo ſtatim.

Sexto,aliquis tenetur ad reſtitutionem ratione depoſiti:pro qua re eſt notãdum,quando depoſitarius tenetur ad reſtitutionem,& quando non,ſi res depoſitata pereat , aut deterioretur. 19 *Ratione depoſiti nō ſeruati.*

Primo regulariter, omnis depoſitarius quomodocunq; depoſitum teneat , ſi depoſitum perit dolo ſuo,vel lata culpa,tenetur ad reſtitutionem , vt in l. bona fides,§.1.ff.de depo.non tamen omnis tenetur de leui,niſi qui ſequuntur.

Secundo,ſi depoſitarius mercedem accipit pro cuſtodiendo depoſito, tenetur non ſolum de lata culpa,ſed etiam de leui,non autem de leuiſſima,vt in dicta l §.ſi quis ſeruam,& glo.ibi.

Item ſi conuenit vt teneatur de leui,dicta l.1.§.ſi conueniat. Et ſi conueniret ut non teneatur omnino de culpa , conuentio non tenet , quia eſt contra bonos mores.

Tertio, ſi depoſitarius ſe obtulit cuſtodire depoſitum propter quod diligentior poſtpoſitus eſt,tenetur non ſolum de culpa leui, ſed etiam de leuiſſima. Idem dicendum,ſi in gratiam depoſitarij factum eſt depositum: aut conuenit, vt teneretur de leuiſsima.

Quarto,si depositarius eſt in mora reſtituendi poſt datum decretum,vt reſtituat,tenetur etiam de caſu fortuito,& si ante moram caſus fortuitus acciderit culpa ſua, verbi gratia , domus incenſa eſt culpa domini,in qua inuentum eſt depositum, & perijt, & similia,ac etiam quãdo deducitur in pactum,vt teneatur de caſu fortuito,præter autem iſtos tres caſus,nunquam depositarius tenebitur de caſu fortuito.

Quæritur hinc,an si depositarius vtitur deposito,teneatur de vſu?Dicitur, ꝙ sic,ac si eſſet fur,ait D.Tho.maximè si eum monuit depositans,ne vteretur, non autem si permisit, aut depositarius bona fide hoc fecit,putans dominum permiſſurum,poteſt tamen sine ſcrupulo vti eo,si conſiſtit in pondere, numero,& menſura:vt pecunia,triticum,oleum, vinum & ſimilia , dummodo quod redditur sit eiuſdem perfectionis,vt erat res depositata,nec teneretur de lucro quod feciſſet,ea vtendo;ſed de intereſſe,si non reſtituiſſet tempore,quo deberet:ſecus autem si res depositata obſignetur,aut claudatur,quia signum eſt,dominum prohibuiſſe vſum. 10 *Dubium.*

Quæritur ſecundo,si depositarius mortuus fuerit,& hæres depositum diſtraxerit, an teneatur? Dicitur, quod si dolosè fecit,tenetur: sin autem bona fide ignorauit rem illam eſſe depositam, non tenetur, nisi quantum ad eum de re peruenit:de hac materia vide Sylueſt.verbo, depositum, per totum,& Nauar. cap.17.num.171. *Dubium.*

Septimo,aliquis tenetur ad reſtitutionem ratione rei inuentę,pro cuius materiæ declaratione,multa ſunt aduertenda, quæ breuiter tangemus , & primo, 21 *Ratione rei inuentæ.*

Si res

Si res inuenta nunquam fuit in alicuius dominio, vt ſunt lapilli,& petræ pretioſæ,quos littus maris producit,aues,piſces,feræ ſilueſtres,& huiuſmodi,ſunt prius occupãtis ſiue inueniantur in loco communi, ſiue alieno: iuxta illud Geneſ. dominamini piſcibus maris,volucribus cæli, beſtijs terræ, niſi huiuſmodi fuerint inuenta in laqueo alieno , vel rete, quia tunc ſunt eius,qui laqueum, vel rete parauit,& maximè vbi eſt conſuetudo,vel niſi fuerint ab aliquo vulneratæ , ita, vt poſſint capi , & perſecutæ,quia tunc ſunt eius, qui vulnerauit, ſi non habeantur pro derelictis , hoc eſt quando vulnerans deſijt quærere : vt accidit venatoribus : ſignum autem huius eſt, quando quis amittens illud, illud non quærit nec per ſe, nec per alios, ſed tacet,& non curat . Vel niſi fuerint factæ domeſticæ, vt ſunt columbæ in columbarijs , de quibus ſupra diximus, Cerui,Cuniculi,Apes in alueario,& huiuſmodi donec eunt,& redeũt ad locum poſſidentis , dum autem amplius non redeunt , fiunt occupantis, quia tunc ſunt factæ ex toto ſilueſtres. Si autem ſunt naturaliter domeſticæ,vt gallinæ, oues, capræ, & huiuſmodi, vbicunque inueniantur, etiam ſi caſu tertiæ perierint,ſemper ſunt domini,& capiens tenetur reſtituere vna cum fructibus, vt in Inſtit.de iure nat.§.gallinarum.

Si res inuenta fuit aliquando in poteſtate alicuius : vel fuit ab antiquo , vt theſaurus, Dico, ſi theſaurus,ideſt pecunia,ſeu alia res mobilis abſcondita eſt eſt ſub terra, vel alibi,de cuius occultatione non extat memoria , & dominus ignoratur,& inuenitur in loco proprio,totum eſt inuentoris,ſecundum D.Th. & alios Doctores.

Idem dicendum,ſi inuenitur in loco,vbi nemo aliquod dominium habet.

Si inuenitur in loco communitatis,vt in ſilua,aut in parco,vt dicitur,& ſimilibus,quæ propriè à communitate poſſidentur,aut in loco principis , vt eſt fundus,aut territorium,quæ propriè ſeruantur pro Principe ; aut Eccleſia,debet dari dimidium communitati,aut Principi,aut Prælato Eccleſiæ.

Si inuenitur in aliquo loco,quẽ tenet in pigſius,uel cõducto,uel in hypothecam, aut in emphyteuſim,tenetur dare inueniens,medietatem domino habenti directum dominium ſuper tali loco, & ſi inuenitur à proprio domino habente directum dominium,tenetur dare medietatem illi,qui habet vtile dominiũ.

Directũ vel vtile dominium quis habere dicatur.

Ille dicitur habere directum dominium,qui habet proprietatem ſuper re. Dominium vtile tantum dicitur habere, qui ſine proprietate habet Ius ſuper fructibus,ſiue ad tempus,ſiue ad vitam,ſiue in perpetuum.

Si inuenitur ſuper fundo dotali , poteſt uti illo ad uitam , & in caſu reſtitutionis dotis,tenetur vna cum dote illud reſtituere, ſecundum Bartolum in l. ſi is,§.ſi ff.de acquir.rer.dom.Sed Nauar.cap.17.num.172.ait maritum teneri medietatem vxori dare.

Si verò inuenitur in loco alieno alicuius priuatæ perſonę,& hoc à caſu,tenetur dare medietatem domino loci.Ita præcipiunt Iura ciuilia antiquiſſima ; ut argui poteſt ex illo Euangelico Matthæi 13.qui inuento theſauro in agro alieno,vt totus ſibi cederet abſcondit,& abijt,& vendidit omnia quæ habebat,& emit illum,& hoc fecerunt iura ad conſeruandam pacem;nam ſecũdum æquitatem Iuris naturæ,totus eſſet inuenientis,ait Sylu.Verbo Inuentum,& Sotus de iuſt.& iure , lib.4.quæſt.7.art.3. Si autem inuito domino,aut cum licentia domini neſcientis tamen, ad hunc finem & effectum licentiam quęrere,totus erit domini: ſi verò cum licentia domini ſcientis theſaurum quærere , fiet ſecundum quod paciſcuntur.

Dubium. Reſponſio.

Dubium tamen eſt,ſi quis emerit domum cum theſauro,domino hoc ignorante: an teneatur illum domino vendenti, dare ? Reſpondetur, ſi illum inuenerit ſuffoſſum, aut ſimili mõ, erit ementis , etiamſi eandẽ ob cauſam emerit,

iuxta

Digitized by Google

iuxta parabolam Chriſti laudantis prudentiam illius hominis Euangelici de theſauro inuento in agro, vt dictum eſt: ſi autem emens inuenit illum in muro domus, ſeu in aliqua feneſtra, ubi antiquus poſſeſſor poſuerat. & per obliuionem reliquerat, tunc debetur vendenti aut eius hæredibus. *Matth.13.*

Conſuetudo, quę viget in hoc regno, ſcilicet, vbicunque inueniatur theſaurus ſit principis, in coſcientia non obligat, quia non eſt per modum legis introducta: ſic habet Sylueſter. Verbo, inuentum, §.13. & Sotus in 4. de iuſt. & iure, quæſt.3. art.3.

Si res inuenta fuit in poteſtate alicuius de propinquo; ſiue ſit pecunia diſperſa in campo, uel alibi recenter perdita, ſiue alia quæcunque res mobilis; ſecundum uniuerſalitatem Theologorũ, & Summiſtarum, debet reſtitui domino, aut eius hęredibus, iuxta illud Auguſtini, ſi quid inueniſti, & non reſtituiſti rapuiſti. Et ſi dominus non inuenitur, facta prius diligenti inquiſitione de inuentione Domini, publico pręconio, aut alia uia, debet dari pauperibus Chriſti, qui cedunt loco domini, aliàs furti reus habebitur. Verum ſi res eſt magni momenti, conſulit Sotus, & bene, ut penes prælatum publicè deponatur, aut de eius licentia diſtribuatur, & ſi inuentor eſt pauper, & indiget, poteſt de licentia Prælati, aut Confeſſoris totum aut partem, prout neceſſitas exegerit, ſibi retinere.

SVM-

SVMMARIVM
EARVM RERVM,
Quæ continentur in hoc quinto Capitulo.

1 *HIc oſtenditur, teneri ad reſtitutionem pro damno dato non ſolũ principalem in facto,verum etiam, quemlibet alium quomodolibet participantem efficaciter tamen; quod accidere poteſt nouem modis,de quibus per ordinem.*

2 *Qui præcipit,vt fiat aliquod damnum, tenetur pro eo, plus quam operans:niſi reuocaſſet mandatum,ante quàm fieret.*

3 *Hic declaratur, quando ex iuſsione alicuius mali, iubens tenetur ad quidquid mali occaſione illius præcepti aduenerit.*

4 *Qui conſilium præſtat pro aliquo malo,& damno faciendo,tenetur ad omne damnum, quod ſuo conſilio euenerit:vbi declaratur quoddam dubium,ſcilicet,an dans conſilium vt fiat aliquod damnum paruum, vt euitetur maius, teneatur ne pro illo?*

5 *Conſentiens,vt fiat quodcunque malum,aut damnum,potẽs,& debẽs impedire,& non impedit,tenetur ipſe pro malefactore,vbi declaratur dubium,ſcilicet, qui tenentur dare vota,ſuffragia, calculos, & ſimilia,ſequentes ſententiam maioris partis dantium vota iniqua,& iniuſta,tenentur ne ad damna inde ſecuta.*

6 *Laudans opera alicuius improbi,taliter, quòd talis applauſus occaſione,ad male operandum mouebitur, ad quid teneatur? Et qui aliquod facinus approbat,etiam ſi non ſit iuſſu,uel conſilio ſuo factum, quando pro illo teneatur.*

7 *Qui fures,malefactores,vel ſimiles,recipit in domũ ſuam,hoſpitatur, & occultat,quando teneatur pro damno, quod illi faciunt.*

8 *Qui defendit ſimiles perſonas, aut eis fauet, propter quod magis audacter mala committunt, tenetur ſicut principalis in facto. Tenentur etiam ad hoc aduocati,procuratores,& defenſores,qui ita efficaciter talium perſonarum cauſas defendunt, quod impediunt reſtitutionem fieri,furta cooperiendo ne iuſtitia exequatur.*

9 *Declaratur, quot modis homo participare poteſt in cooperando in aliquo facto malo: & qui taliter participando tenebitur vt principalis,& qui non. Et in reſtituendo damnum datum,quo ordine procedendum,quo ad ſatisfaciendum domino, & quo ad inuicem, ſi aliquis eorum totum domino ſoluerit:ubi aliqua dubia reſoluuntur.*

Qui

Digitized by Google

10 *Qui dum videt aliquod malum operari, aut præuidet aliquod futurum damnum, & poſſet, imò deberet, loquendo impedire ne fiat, aut prouidere in facto, & tacet, ad quid teneatur ſuo ſilentio?*

11 *Qui ex officio tenetur damnum impedire, rumorem ſedare, ſcandalum euitare, & ſimile, quod præuidet, & ſua negligentia, aut malitia, prouidere non curat, potens ſine ſuo damno, & periculo, tenetur pro omni damno, quod inde ſequitur.*

12 *Qui non manifeſtat furta, & alia damna facta, dum legitimè ſuper his interrogatur, ad quid teneatur? vbi reſoluitur dubium, ſcilicet, Epiſcopus dum excommunicationem fulminat, vt tale, vel tale reuele tur, quis illa reuelare teneatur.*

13 *Qui negotiando bona alterius, aliquem defraudauerit, ſi non poteſt de bonis ſui principalis ſatisfacere, tenetur de proprijs.*

14 *Qui debitor non eſt ſoluendo, ſi remiſſionem debiti impetrauerit, creditorem precibus inclinando, & non vi, aut metu, liber efficitur à reſtitutione.*

15 *Mercatores, campſores, & ſimiles, qui dũ bonis ceſſerint, cum creditoribus de debitis paciſcentes, eis aliquod remittentibus: venientes poſtea ad meliorem fortunam, tenentur reliquum ſoluere.*

16 *Tenens rem alterius, non poteſt reſtituere pretium eius inuito domino, ſi extat, & dominus vult eam, & non pretium.*

17 *Male acquiſita tã contra voluntatem domini, quã etiam cum voluntate, debẽt reſtitui his, quibus ablata ſunt, ẽt ſi non eſſent proprij domini, quando tamen de illis proprijs dominis rationem reddere tenentur.*

18 *Acquiſita per quæſtus, nõ eſt neceſſe reſtituere, niſi fraus interuenerit.*

19 *Male acquiſita, vel poſſeſſa, ſi dominus eorum non inuenitur facta diligenti inquiſitione, ſunt pauperibus eroganda.*

20 *Tẽpus reſtituendi alienum eſt ſtatim, cum poteſt: vnde qui põt reſtituere, & procraſtinat, ſemper in peccato mortali eſſe dicitur, & quoties de re aliena cogitat, & nõ proponit reſtituere, toties de nouo peccat.*

21 *Diſcutitur caſus, quando homo non teneatur ad reſtitutionem: vbi declaratur, quando dicatur neceſſitas extrema.*

22 *Narrantur alij caſus, quando debitor poteſt reſtitutionem differre ſine nouo peccato: vbi declaratur dubium contra aliquem qui reſtituere poteſt, & non vult ſtatim, ſed differt.*

23 *Qui põt reſtituere ſtatim, & retardat vſque ad finẽ vitæ, maximo periculo ſe exponit rõne animæ: vbi declarantur quadã dubia circa hæc.*

24 *Tractatur de modo, & ordine tenendo in reſtitutione facienda, quando bona non ſufficiunt pro omnibus creditoribus.*

25 *Declaratur, in quo loco reſtitutio ſit debita, tam pro licitis contractibus, quàm pro maleficijs.*

CAPI-

CAPITVLVM QVINTVM

De Reſtitutione in particulari.

DIctum eſt de reſtitutione in communi, & eius ſubſtantia, nunc de eius circunſtantijs diſſerere decet, de quibus ſex capita ponentur, ſcilicet:

Quis reſtituere teneatur. Quid reſtituendum ſit.
Cui fieri debeat. Quando ſit facienda. Quomodo fieri debeat.
Vbi homo illã facere teneatur, de quibus dicemus per ordinẽ.

1 *Quis reſtitue re debeat.* Quantum ad primum, ſcilicet: Quis reſtituere teneatur, Eſt ſciendũ, quod non ſolum tenetur ad reſtitutionem principalis in facto, id eſt, ille qui fecit damnum, ſed etiam omnes, qui quomodolibet efficaciter participauerunt, iuxta illud Pauli ad Romanos 1. Non ſolum, qui faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus. Dixi (efficaciter) quia non omnis participatio inducit talem obligationem, ſed illa, ſine qua non eſſet ſecutum damnum (in quo autem ſenſu intelligi debeat, ſuo loco dicetur) quod fieri poteſt nouem modis, de quibus dicuntur iſti duo verſus.

Iuſsio, Conſilium, Conſenſus, Palpo, Recurſus, Participans, Mutus, Non obſtans, Non manifeſtans.

2 *Iubens.* IVſſio, Qui iubet, tenetur in ſolidum imò principaliter, etiam ſi nihil vtilitatis inde percipiat: quod intellige, ſi iuſſione ſua ſecutum eſt damnum efficaciter, nam ſi alter eſſet paratus rem facere, & in præcinctu operis eſſet, ut non poſſet impediri, tunc qui diceret, abi ergo & fac, non per hoc eſſet cauſa efficax ad reſtitutionem obligans, nec ſi antequam effectus ſecutus eſſet, iubens, mandatum reuocaret, quo non obſtante mandatarius effectum compleret, & multo minus teneretur, ſi effectus nullo pacto ſequeretur.

3 *Nota.* Sed nota quòd iubens non ſolum tenetur pro damno ſubſecuto ex iuſſione ſua per ſe, & propria intentione, ſed etiam ad illud, quod per accidens immediatè tamen ex illicita iuſſione ſua ſubſecutum eſt; exemplum, qui mandauit ſeruo, ut uulneraret Ioannem, & ille ex errore uulnerauit Franciſcum, tenetur mandans de damno ſecuto. Dixi (immediatè) nam ſi aliundè damnum ſequitur, quamuis illius occaſione, ut in exemplo dato, ſi ex uulneratione Franciſci alius inculpatus eſt, tunc iubens, qui fuit auctor mali, non tenetur iniuſtè patienti, damnum reſarcire; neque vulneratus, ſed is qui eũ iniuſtè accuſauit, aut Prætor ſeu Iudex, qui ſine ſufficienti indicio eum perſecutus eſt. Dixi ẽt (ex illicita iuſſione) quia iubens aliquod licitum, ex quo præter intentionem ſequitur aliquod damnum, non tenetur.

4 Conſiliũ, Qui conſulit efficaciter, tenetur ſimiliter in ſolidum, ſi inde ſecutũ eſt damnum, & non aliter, etſi reuocauit conſilium, & hoc non obſtante, ſecutus eſt effectus, non tenetur. Hinc aduocati, qui patrocinantur ſcienter, & uolũtariè cauſæ iniuſtæ, tenentur de omni damno parti læſæ. Dixi (ſcienter) quia ſi cauſa eſt dubia, & ex utraque parte probabilis, tutus eſt in conſcientia: dẽt tamen monere partem de ambiguitate cauſæ, et ſi poſtea in proceſſu litis manifeſtaretur,

Digitized by Google

ſtaretur, in cauſa eſſe iniuſtitiam, debet deſiſtere à patrocinio, etiam ſi cognoſceret iudicem ſibi in fauorem ſententiam daturum, ob aliquem errorem extrinſecum ab aduerſario factum. Sed poteſt ſuadere parti, vt cedat liti, aut aliquam honeſtam concordiam inducere. l. rem non nouam. §. patroni cod. de iudi. & clien. Poſſet tamen defendere cauſam mortis, ſeu ſanguinis, aut quando honor alicuius periclitaretur, etiam ſi pro parte aduerſa ſententia eſſet magis probabilis, dummodo reus non ſit ita pernicioſus, vt intereſſet reipublicæ talem puniri.

Dixi etiam (ſcienter) quia ſi cauſa de ſe eſt iniuſta, & aduocatus ignoranter eam defendere incipit, ſi diligentiã fecit, & nihil eorum quæ adhibere tenebatur omiſit, & ipſe erat mediocriter peritus, non tenetur.

Secus autem ſi laborabat quadam ignorantia craſsa, & innixus propriæ prudentiæ, iuris peritos conſulere uoluit.

At ſi erat peritus, ſed quadam notabili negligentia deſijt ſtudere, merita cauſæ diligenter ſcrutari: & debita remedia adhibere non curauit, quia in tali caſu tenetur ad omne damnum.

Tenentur quoque ad reſtitutionem omnes, qui ſuo conſilio efficaciter impediuerunt reſtitutionẽ fieri, ſuadendo fraudulenter eos non teneri ad reſtitutionem, & ſimilia, ac etiam quando ſuo conſilio procurant, vt Prętor Iudex, Prælatus, aut Magnates, & huiuſmodi ſuum alicui tollant ſuadendo, hic eſt diues, poteſt ſoluere, habet talem rem, & ſimilia.

Hic dubitatur, qui cõſulit minus malum ei, qui paratus erat committere maius, nec poterat impediri, eo quòd aliud medium non habebat, vt eum retraheret, an teneatur ad reſtitutionem? puta fur paratus erat furari rem pretioſam, conſulit, vt furetur rem viliorem & ſimilia; Reſpondetur, ſi tam res uilis, quam precioſa erant eiuſdem domini, conſulens non tenetur ad reſtitutionem imò de tali facto laude dignus eſt, quia præter iniuriam alterius rem eius ſeruauit, nam conſulere minus malum, non eſt ſimpliciter malum, ſed comparatiuè ad illud maius habet rationem boni; intentio enim non fertur ad minus, ſed ad impediendum maius, eo modo, quo poteſt ſine iactura alterius: ſed ſi ad euitandum damnum Petri maius, ſuaſit, ut minus malum inferret Marcello, tunc tenetur, quia hac via Marcellum læſit, ita Sotus libro quarto, de Iuſt. & iure quęſt. 7. art. 3. *Dubium.*

Conſenſus. Vt eſt cuſtos domus, aut agri, aut vineę, aut alterius rei, qui permittit furem intrare, aut quodcunque damnum facere, quando ſine eius conſenſu fieri non poſſet, tunc enim tenetur in ſolidum, ita etiam ſi dominus conſentit, vt ſerui alium lædat. & vniuerſaliter omnis conſentiens in cooperãdo, de quibus, infra, in verbo, participans. 5 *Conſenſus.*

Palpo, Laudans læſorem, aut raptorem, ita efficaciter, quod eius cauſa ſubſecutum eſt damnum, quia ſua laude eum incitauit, tenetur in ſolidum; ita etiam ſi poſt factum damnum, taliter raptorem laudauit, quod eius cauſa efficaciter impedita eſt reſtitutio, maximè ſi raptor intendebat illam facere, alias tenetur, ad quantum ſua laude lęſit. 6

Item quãdo aliquis ſuo nomine læſit, & illud ratum habuit, intellige quod non lęſiſſet niſi ſciret eum ratum habere, ait Nauar. capitulo decimoſeptimo, numero 133. Hinc ſequitur, qui contrahit amicitiam cum aliquo, offerens illi munera, & huiuſmodi ſola intentione, ut poſtea ille iniuſtus, iniuriam ſibi factam vindicet tenetur ad omne damnum, quia illum per adulationem induxit.

Recurſus, receptans fures, aut læſores ſi aliàs læſio non fuiſſet facta, tenetur in ſolidum. Ita etiam, ſi poſtquam furtum factum eſt, recptat res furatas, ex

quo impeditur reſtitutio. Verum ſi receptando non eſt cauſa talis impedimēti, quia fures habebant, vbi ſine timore res furatas occultarent, peccat quidem mortaliter, ſed non tenetur ad reſtitutionem. Et ſi læſorem receptat occultando eum, ne ab aduerſarijs capiatur, aut offendatur, crimen tamen non defendat nec etiam peccat.

Hinc reſpondetur ad quæſitum quoddam: quando fautores, & protectores magnam cauſam damni dant, latrones defendendo ex quo potiſſimum confiſi, ſuam nutriunt audaciam, ac etiam aduocati, procuratores, tabelliones, interceſſores, & huiuſmodi, qui patrocinantur iniuſtè malefactoribus, & latronibus, defendentes eos efficaciter, ne reſtitutio fiat, tenentur & ipſi: qui enim tales defendit damnabilior eis qui errant, efficitur, can. qui aliorum, 14. quæſt. 3.

8 Participans, aut in crimine, aut in præda, ſi in crimine cooperando, vel faciendo inſtrumenta, vel dando ſigna, vel opem: ſi eſt cauſa efficax, ideſt taliter operatur, quòd ſine eius cooperatione non eſſet ſecutus effectus, tenetur in ſolidum, quia niſi eos ſic iuuaret, aut non potuiſſent, aut non auderent, aut ſaltem non iuiſſent ad ſcelus committendum: & hoc modo credo intelligendam eſſe opinionem Adriani, & Iuris conſultorum, quos refert, & ſequitur Sylueſt. Verbo, Reſtitut. 3. aliter ſequerentur inconuenientia, quę tanguntur à Caietano. ſecund. ſecund. quęſtio. 62. articulo ſeptimo, & Soto in lib. 4. de Iuſt. & Iure. q. 7. artic. 3.

9 *Participans dupliciter, aut in crimine, aut in præda.*

Et ſi ſine ipſo effectus adhuc ſecutus eſſet, aut erat principalis ſocius in facto vel æquè ſpontaneè ſe aſſociauit illis, etiam vt inſtrumentum, & miniſter, tunc tenetur inſolidum eodem modo, vt ait Caietanus, & Sotus locis citatis. Sed ſi rogatus ſecundo ſe coniunxit illis non neceſſariò, aut vtiliter: non video cur teneatur ad totum damnum in ſolidum, vt videntur velle Caietanus, & Sotus, ſed pro rata, aut ad illud plus, quod ſui cauſa factum eſt, vel ad quantum de rapina ad ipſum peruenit.

Dixi (non neceſſariò, aut vtiliter) quia ſi ita animosè ſe obuiam fecit, quòd aduerſarios terruit, & fugerunt, aut non ita ſe defenderunt, tenetur, vt cæteri. Et quia in huiuſmodi moralibus, non poteſt dari regula vniformis, ideo quot erunt caſus ex circunſtantijs varijs, tot deciſionibus indigent.

Vnde Confeſſores, debent eſſe prudentes in inquerendo, & iudicando, quantum ad reſtitutionem: quantum autem ad culpam omnes peccant mortaliter, quod non aduertit Sotus, infert enim primū ex ſecundo. Igitur ſi omnes participantes fuerunt ęquales in damno dato, ut dictum eſt, tenētur in ſolidum, & ſatisfaciente vno, reliqui ſunt abſoluti à debito vero domino, ſed tenētur illi qui ſoluit pro eis, ipſe enim ſuccedit loco domini, cui ſatisfecit.

Verum hæc indigent conſideratione; non enim eodem modo cæteri complices tenentur primo reſtituenti ſicut tenebantur domino, ſed diſtinguendum eſt. Si malefactores tantūmodo intulerunt damnum, ex quo nihil vtilitatis, ſibi peruenit ſatisfaciente vno, cæteri tenetur ſoluenti pro rata. Si autem rapuerunt aliquid, & quilibet eorum accepit partem prædæ: reliqui tenētur ſoluenti, pro illo, quod pręcisè habuerunt, vnde ſi ſoluens nihil prædę ſibi retinuit, & reliqui ſocij totum abſtulerunt, aut vnus eorum totum conſumpſit, debent ſoluenti totum reſtituere, ſi ſoluens totam prædam vſurpauit, reliqui nihil ei tenentur: & ratio huius eſt, nam ipſi vero domino, debitores erant non ſolum ratione rei acceptæ, ſed etiam ratione male acceptionis; ſed ſoluenti non tenetur ratione malę acceptionis, quia nihil ab eo acceperunt, ſed tantum ratione rei acceptæ, & propterea tantum ei debetur, quantum de præda ſinguli participauerunt.

Si verò

Digitized by Google

Si verò ſatisfaciens fuit inducens alios,ita ut ſine illis adhuc damnum feciſſet,& illi niſi inducti,& tracti non ſe aſſociaſſent,eo ſoluente, illi non tenentur ratam ſoluere, quia non fuerunt cauſa efficax damni, imò ipſi damnificati ſunt peccando,ab inducente.

Hinc ſequitur; quando duo concurrunt ad perpetrandum aliquod damnũ, & vnus eſt ita magis animoſus altero,quòd etiam ſine ſocio damnum intuliſſet,alter eſt ita timidus,quòd ſine ſocio non auſus fuiſſet damnum inferre,primus,tenetur in ſolidum,ſecundus pro rata,quia primus eſt cauſa efficax,ſecundus minimè.

Item quando plures concurrunt ad faciendum aliquod damnum, & vnus non adiuuat alium, ſed vnuſquiſque per ſe damnum inferre poteſt,non tenentur in ſolidum, ſed quiſque partem quam abſtulit ſoluat, & ſi parum quilibet abſtulit peccauerunt venialiter,quamuis totum damnum fuerit notabile:exẽplum de vinea vindemiata à tranſeuntibus per viam, quando quiſque per ſe accipit vnum, aut duos racemos, & ſic tota eſt vindemiata, ſed ſi ad inuicem ſe iuuarunt, & incitarunt, peccauerunt mortaliter, quamuis quiſque, furtum leue fecerit,quia quilibet debebat aduertere damnum futurum, & ideo abſtinere tenebatur.

Hic quæritur, quod in verbo (conſenſus) reliquimus. Quando in capitulo, concilioro,aut conſilio vniuerſitatis,vbi ſtatur pro maiori parte,ſi maior pars concludit ſententiam iniquam,an pauciores ſequentes ſententiam maioris partis teneantur de damno propter illam malam ſententiam?Reſpondetur diſtinguendo. *Dubium. Pulchrum. Reſponſio.*

Si qui ſuffragantur,poſſunt ſua ſuffragia mutare,& minor pars contradicendo,crederet illos mutare ſententiam,ſi maioris partis ſequitur opinionem,cõſentiendo,tenentur ad omnia damna.

Sed ſi probabiliter crederent, eos nolle mutare etiam ſi poſſent,aut ſi propriè ſuffragia,ſeu vota data cum ſint,mutari non poſſunt,ita quòd ea,quæ cõcluduntur à maiori parte, à minori mutari non poſſent, etiam ſi contradicerent,ſequendo eorum voluntatem iniquam,licet peccent, non tamen tenentur ad reſtitutionem,quia non ſunt ipſi cauſa damni;niſi eſſent de eorum voluntate, & auctores facti, ita Caiet. Verbo reſtitutio,in Summa, cap.1. quem ſequitur Nauar.c.17.num.21.

Si autem participatio eſt in re ſublata, vt dicebamus:& hoc vel emendo,vel comedendo, conſiderandum eſt. Emendo,ſi ſcienter,vel quadam craſſa ignorantia emit rem furtiuam, ſiue ſit primus emptor, ſiue ſecundus,aut tertius,& vlterius,tenetur reſtituere rem ſi extat,ſin autem pretium eius,& fructus inde perceptos,ſi erat res fructifera,deductis tamen expenſis:nec poteſt petere pretium à domino rei,niſi quando emiſſet ad inſtantiam proprij domini. Exemplum,Marcellus cognouit librum,quem Ioannes amiſerat,in manu latrunculi vendentis eum,emit illum, vt domino reſtitueret,alias non potuiſſet eum dominus amplius recuperare. *Participant in præda.*

Si autem emit bona fide credens rem non eſſe furtiuam,ad nihil tenetur durante bona fide,cum autem ſciuerit veritatem, tenetur reſtituere rem,ſi extat, nec poteſt petere pretium à domino rei, quamuis bona fide,eam emerit C.de fer.l.inciuilem, poteſt benè petere expenſas circa rẽ conſeruandam,aut meliorandam donec fuit in bona fide:quod non poteſt petere,qui mala fide,ſeu ſciẽter rem furtiuam emit, ſi uerò res empta bona fide cõſumpta eſt,aut alienata, non tenetur ad reſtitutionem,quia nunquam fuit in mora,nec dolo deſijt poſſidere, ff.de fur.l.qui uas,de aliena,nec tenetur reſtituere fructus inde perceptos,qui ſunt conſumpti durante bona fide,niſi extantes,& lucrũ illud,ex quo

Digitized by Google

factus eſt locupletior. Si verò participat in re ſublata comedendo,tenetur pro rata,vel quantum releuatus eſt,ſi domi habebat quid manducaret, Sylu.Verbo Reſtitutio.3.§.6.& 7.

10 *Mutus.* Mutus Videns damnum fieri,vt futurum, vel aliud ſcelus, & ſine eius periculo,vel damno poteſt impedire,& tacet, ſi ex officio ſibi competit,puta quia eſt cuſtos,guardianus,dominus conſiliarius,& huiuſmodi,tenetur in ſolidum, ſicut & damnum faciens.Dixi (ſine eius periculo, vel damno)quia ſi probabiliter dubitaretur, inde poſſe pati,verbi gratia guardianus videns fures deuaſtare bona,ſi vociferaretur,illi eum interficerent,aut aliud ſimile facerent,tunc non tenetur pro damno ab illis illato,ſi tacet.

Si autem tenetur ex officio,ſed tamen poſſet impedire verbis,cõſilio,clamore,errore,& ſimilibus , & nõ impedit,dum illud facere poteſt ſine ſuo damno, & ſi non tenetur ad reſtitutionem,quia non facit contra Iuſtitiam : peccat tamen mortaliter,quia facit contra charitatem proximi;ſed ſi ſe retrahit timoris cauſa,ad nihil tenetur.

Hic reſpondetur dubio;ſi vicinus videns fures rapientes bona ſui vicini,accipit pecuniam , vt taceat.non tenetur ad reſtitutionem illius , ſi ex officio ei non competit,niſi acciperet partem rerum furatarum,quia tunc eſſet partipare in furto,& ſic illud reſtituendum eſſet.

11 *Non obſtans.* Non obſtans, Qui ex officio obſtare debet,& nõ obſtat,damnum preuiſum impediendo,occaſionem auferendo,rumorem ſedando, dum hæc ſine eius periculo facere poſſit, vt dictum eſt : tenetur in ſolidum ſimul cum damnificantibus .

Hinc Gubernatores Ciuitatum, Prælati Eccleſiarum, Officiales, Rectores, Iudices,& Miniſtri Iuſtitię,publici cuſtodes nocturni,qui vulgo vocantur Magiſtri iurati,animaduertentes magnum ſcandalum,exceſſum, homicidium,aut ſimile aliud damnum futurum,& non curant prouidere, obſtare,& impedire, ne fiat,dum ex officio debent,& poſſunt,vt dictum eſt;tenentur ad omne damnum.Item cognoſcẽtes,& videntes fures multa mala facere in ciuitate, & culpabili quadam negligentia ſe retrahunt, eos tolerando, & mala permittendo, cum ex officio ſibi incumbit malos homines à ciuitate expellere, tenentur de omni damno.

Idem dicendum de ſyndico, & Rectoribus Vniuerſitatis , qui permittunt vt ciues notabiliter multa damna patiantur,ab officialib. tyrannicè eos angariantibus,& pecunias ab eis iniuſtè extorquentibus,dum debent,& poſſunt,vt ſupra,eos defendere,& adiuuare,& non curant,vt eorum officialium amicitiam conſeruent pro ſuis commodis,vel propter aliquid aliud:quia ſunt cauſa iniuſtitiæ,quam prohibere tenentur ; ſicut nauta negligens cauſa eſt,vt nauis ſubmergatur,ita & ipſi,vt ciues opprimantur.

12 *Non manifeſtans.* Non manifeſtans; qui ſcit rem ſublatam, uel aliam quamlibet lęſionem factam,& tenetur ex officio manifeſtare ſine eius periculo,& non manifeſtat,tenetur in ſoldum,vt dictum eſt de aliis.

Hic autem quæritur,quis teneatur manifeſtare? Reſpõdetur,Iudex,Cuſtos, Guardianus,& omnis alius,qui ad cuſtodiendum,& Iuſtitiam ſeruandam ſalarium accipit.Item pater reſpectu bonorum filij tutor reſpectu pupillorum,Curator reſpectu minimorum,& teſtis in iudicio productus.Nau c.17.num.21.D. Th.2.2.q 62.art.7.ad tertium argumentum.

Hinc reſpondetur ad multa quæſita,ſcilicet: Teſtis ante Iudicem legitimè productus, & ſecundum ordinem iuſtitiæ interrogatus non manifeſtat veritatem in præiudicium partis,aut fugit, & recuſat examinari abſcondendo ſe,vt non diſpliceat parti oppoſitæ,vel ob aliam cauſam , quando uocatur ad iudicium.

Digitized by Google

ctium ad inſtantiam partis, iniuſtè patientis notabile damnum, & eius examine releuari poſſet, tenetur ad omne damnum ſui cauſa paſſum, capitulo primo, de crimi. fal. & Nauar. c. 17. numero 134. niſi hoc faciat timore alicuius periculi, aut damni notabilis. Quando vicinus videns bona ſui vicini furata eſſe, ſi interrogatus an viderit negat ſe vidiſſe, nō tenetur ad reſtitutionem, ſi ex aliquo debito, ſeu officio ſibi non incumbebat, acclamare, vociferari, aut manifeſtare. Cuſtodes nocturni ciuitatis, dum interrogati à Iudice, an ſciant exceſſum factum de nocte, & ipſi negant excuſando, & cooperiendo malefectores ſine ſuo periculo, tenentur ipſi.

Epiſcopus, quando promulgat excommunicationem contra eos, qui ſciunt quis fecerit tale furtū, vt reuelent, & manifeſtent, quæritur an ſciens teneatur manifeſtare?

Ad hoc dicuntur multa, ſi Epiſcopus promulgat excommunicationem per viam denunciationis, idelt vt ſciens ſecreto denuntiet, & reuelet, tunc qui ſcit tenetur prius monere furem per modum correctionis fraternę, vt ſatisfaciat, qui ſi ſatisfecerit nō opus eſt, vt ſciens reuelet, quia non debet eum infamare, ſi autem non ſatisfecerit, & ſciens poteſt probare furtum, tenetur Epiſcopo manifeſtare, & non parti offenſæ, quod ſi non manifeſtauerit, incidit in pœnam excommunicationis, & tenetur parti, quantum ob ſuum ſilentium eam damnificauit. Si verò non poteſt probare, non tenetur reuelare, ait Nauarrus, cap. 17. nu. 134. quia quando præcipitur, vt qui ſcit hoc, vel illud, denuntiet, intelligitur, ſi poteſt id probare, quoniam ſi expreſſe præciperet, peccaret mortaliter, cùm non ſit Iudex occultorum, & faceret contra pręceptum domini. Niſi Epiſcopus hoc præciperet, vt prodeſſe poſſet, & non obeſſe ſecreto modo tractando, & pacificando, quia tunc ſecreto tenetur reuelare, etiam ſi probare non poſſet.

Si promulgatio eſt, non vt ſciens denunciet tantum, ſed vt teſtificetur, eo quod pręceſſerūt inditia, ſeu fama, aut ſemiplena probatio, in quo caſu epiſcopus procedit, tanquam Iudex, tunc ſciens tenetur manifeſtare, & deponere ueritatem, quamuis non fecerit correctionem fraternam, aut non poſſit probare, quod deponit, niſi eſſet tam propinquus furi, vt non teneatur teſtificari cōtra propinquum. Nauar. quo ſupra. Si ſciens aliquem abſtuliſſe aliqua bona furtiuè ab eo qui nolebat ei reddere, aut ſoluere, quod tenebatur, ob recompenſationem, & ſcit certò ob talem cauſam abſtuliſſe, nec probari poterat, non tenetur manifeſtare, ſi ex hoc excommunicatio contra ſcientes promulgetur. Nota in his tribus vltimis caſibus, quòd etſi aliquis non teneatur ex officio impedire, aut manifeſtare, ſi tamen poteſt ſine eius periculo, & damno iuuare, & dolosè ſe retrahit, peccat contra charitatem, vt dictum eſt, & habetur 23. quæſtio. 3. capitulo oſtendit. *Nota.*

Eſt quoque aduertendum pro complemento iſtius primi capitis, quòd curatores, & procuratores, ſeu factores aliorum, qui negotiando nomine dominorum damna intulerunt, tenentur ipſi reſtitutionem facere, etiam ſi nihil ad eos peruenit; poſſunt tamen de bonis dominorum, ad quos peruenit vtilitas, reſtituere, ſi adhuc adminiſtrationem habent, ſi autem non amplius habent, debent illos monere, vt reſtituant, & ſi illi nolunt reſtituere, & ipſi ſunt pauperes excuſantur, & ſi habent vnde, teneatur de proprijs reſtituere, & poſtea ſi poſſunt ſine ſcandalo à dominis illud ſurripere. Sylueſter, Verbo, Reſtitutio tertio, §. 8. 13

Et de omnibus iſtis, qui tenētur in ſolidum ſi vnus ſoluit, cęteri liberantur à principali creditore, tenentur tamen pro rata ei, qui ſoluit pro ipſis, eo modo, vt dictum eſt ſupra.

14 Et ſi omnes iſti impetrant remiſſionem debiti à domino, liberantur à debito nec opus eſt, vt actualis reſtitutio fiat, aut vt pecunia expoſita offeratur, vt volunt aliqui: ſed ſufficit, vt dominus liberè donet, quia ratio quare homo obligatur ad reſtitutionem, eſt, quia retinet alienum inuito domino, ſed ſi dominus liberè donat abſoluuntur à debito, nec obſtat, ſi precibus, aut blanditijs inclinetur ad donandum, dummodo liberè faciat, quia libertas donantis non pendet à diſpoſitione debitoris, quatenus niſi ſibi donaretur, non haberet animum reſtituendi. Dixi (dummodo liberè faciat) nam ſi remiſſio fieret non liberè, ſicut eſſet, ſi timore duceretur, puta offert medietatem, & quærit remiſſionem alterius medietatis, dicendo, ſi illam non remittis, nihil ſoluã, & totum debitum amittes, & ſimilia: aut vi, aut minis, aut verecundia alicuius mediatoris magnatis, & huiuſmodi creditor cogeretur ad remittendum debitum, in quo caſu debitor non eſſet tutus in conſcientia.

15 Hinc ſequitur, quòd etiam qui cedit bonis, & mercator frãgens fidem, quando nõ potens ſoluere totum debitum, conuenit cum creditoribus, vt ſoluta aliqua debiti parte, reliquum remittatur, ſi poſtea venerit ad meliorem fortunam, non eſt abſolutus à debito, quia non fuit illi liberè donatum.

Remiſſio facta à non potente donare, non valet, quia non poteſt donare: dictum eſt ſupra.

Nec valebit donatio facta Iudici, de his, quæ dantur ei, vt rectè iudicet, quia iſta prohibentur à iure, ne percipiantur, vt in cap. fideles, de de cenſibus, in 6. ideo non poſſunt teneri tuta conſcientia.

16 *Quid reſtituẽdum.* Quantum ad ſecundum ſcilicet. Quid reſtituendum ſit. Dico ſi damnificatio facta eſt per acceptionem alicuius rei, tenetur reſtituere rem eandem numero ſi extat, & ſi non extat, tenetur ęquiualens, vel pretium eius, & fructus inde preceptos, vel qui poterant inde percipi, ſi erat fructifera, quamuis occupans illam nihil vtilitatis ex ea percipiſſet. Vel intereſſe, ſi dominus rei id paſſus eſt, de quo infra. Si autem damnificatio facta eſt deuaſtando, impediendo, vel omittendo, & huiuſmodi, reficiendum eſt damnum ad arbitrium boni viri, penſatis conditionibus perſonarum, temporum, locorum, & huiuſmodi, vt infra dicetur.

17 *Cui ſit reſtituendum quo ad certos dominos.* Quantum ad tertium, ſ. Cui facienda eſt reſtitutio. Dico multa. Primo, quo ad certos dominos: vel loquimur de re malè accepta, vel de damno dato. Et de re malè accepta, ſi eſt contra domini voluntatem, tunc reſtituenda eſt domino, vel hæredibus, aut cuſtodi, ſi à cuſtode accepta eſt, vt eſt creditor pignoris, depoſitarius, commodatarius, ſartor veſtis faciendæ, & huiuſmodi, in quorum cuſtodia ſunt res, & non propriis dominis, quorum ſunt, niſi de ſcientia prædictorum, ne poſtea è proprijs dominis aliqua moleſtia afficiantur, vel ad iterum reſtituendum cogantur: aut niſi quando aliquis ipſorum haberetur pro ſuſpecto, quod nõ reſtitueret domino, aut ſi reſtitueret, non ſine magna difficultate, vel damno, quia fortè eſt vir prodigus, aut verſutus, aut alio ſimili vitio affectus, nam in talibus caſibus deberet domino reſtitui, dummodo, qui domino tenetur, non patiatur aliquod damnum ſiue in perſona, ſiue in honore, & fama. Si res malè accepta eſt contra liberam domini voluntatem, ſcilicet per extorſionem, vel timorem iuſtum, vt ſupra dictum eſt, reſtituenda eſt vero domino. Si verò res malè accepta eſt, cum domini libera voluntate, tamen malitia eſt ex parte recipientis tantum, quando accipit pro his ad quæ tenetur debito legali, vt eſt Iudex, qui accipit aliquid, vt iudicet, depoſitarius, vt depoſitum reddat, Procurator, vel Cancellarius, vt ſalarium ſoluat, teſtis, vt uerum dicat: Miles, Notarius, Actuarius, & huiuſmodi, qui ratione officij publici accipiunt plus ſtipẽdijs, vt dictum eſt ſupra. Dixi (debito legali)

quia

Digitized by Google

quia dando pro his, ad quæ tenetur aliquo debito morali, & honeſtatis, in ſignum gratitudinis, & beneuolentiæ, non tenetur. Omnes hi tenentur reſtituere dominis, c. non ſanè. 14. q. 1. Si malitia eſt ex parte dantis, & recipientis, & eſt pro his, quæ à lege prohibentur, ut eſt dare Epiſcopo pro beneficio, vel ſuſcipiendis ordinibus, uel dare ad corrumpendum iudicem pro ſententia falſa, teſti, ut falſum teſtetur, & huiuſmodi: tunc reſtitutio non eſt facienda dominis, ſed pauperibus: niſi quando id, pro quo datum fuit, non eſt ſecutum: puta, dedit iudici, ut falsò iudicaret, & rectè iudicauit, & ſimilia, quia tunc reſtituendum eſt domino. Medina in Codice de reſtitutione.

Si male acceptum cum domini uoluntate eſt ob turpitudinem vtriuſq; partis; puta, datur aſſaſſinio, ut interficiat, aut mutilet: datur militi, ut iniuſtè bellet, datur mulieri pro actu fornicario; in his reſtitutio non eſt de præcepto facienda, ſed de conſilio. Sylu. Verbo, Reſtitutio 2. Nau. c. 17. num. 30. Quamuis multi hoc negent, præter actum meretricium; in quo omnes conueniunt, ſcilicet, quòd Meretrix non tenetur ad reſtitutionem niſi in caſu, quo aliquid exceſſiuum extorqueret ab ardenter amante, etiā promiſſum, uel quando aliquod notabile fraudibus, & fallacijs acciperet, dicendo ſe eſſe virginem cum non ſit: aut non eſſe vulgarem, ſed à paucis, vel à ſolo nobili cognitam eſſe, & ſimilia; quia hoc modo contra liberam uoluntatem amantis acciperet, ſed ſi blanditijs, facetijs, & illectamentis fingendo ſe amantem perditè amare, & ſimilia, non tenetur: quia omnes ſciunt huiuſmodi uerba eſſe ſolita meretricū, & amantium: & quod dictum eſt de meretricibus, intelligendum eſt quoq; de coniugatis, iuuenibus, & alijs quando acciperent aliquid à mulieribus, ut earum libidini ſatisfacerent. 18 *Meretrix.*

Si dominus rei, cui facienda eſſet reſtitutio ſit mortuus, facienda eſt hæredibus, vel tutori, ſi ſunt pupilli. Et ſi dominus rei eſſet fatuus, aut furioſus, aut damnoſus reipublicæ per huiuſmodi bona reſtituenda, tunc ſeruanda ſunt, aut apud aliquem virum probum reponenda, donec durat impedimentum.

Quo ad incertos dominos, dicitur, ꝙ bona illicitè acquiſita, quæ nullo iure teneri pñt, ſi dominus mortuus eſt, quia tūc facta diligenti inquiſitione de hæredibus, & non inuentis, danda ſunt CHRISTI pauperibus, & ſi dominus nunquā ſciri potuit, puta equus acquiſitus eſt in bello iniuſto à milite, cuius dominus ignoratur, & huiuſmodi, idem dicendum eſt. Et ſi dominus ſciebat, & poſtea mutatus loco, conditione, & qualitate, ex quibus factus eſt ignotus, facta diligenti inquiſitione, danda ſunt pauperibus: quare liberatus eſt ab obligatione, etiam ſi poſt factum, dominus rei inueniretur, ſecus ſi non feciſſet diligentem inquiſitionem, in inquirendo, quia tunc ad iterum reſtituendum teneretur. Idem dicendum, ſi domini ſunt multi, quibus facienda eſſet reſtitutio, & non poſſunt omnes inueniri: puta quis uendidit merces in foro plus iuſto pretio, quaſi quingentis viris, & non poſſunt omnes inueniri, quos fraudauit, ut eis reſtituat ſuperfluū: ſatisfaciat quibus pōt, & reliquū dandū eſt Chriſto. Idem quoque de vſurario dicendum, qui per vſuras multos fraudauit, nec ſcire poteſt quos, & quantum, niſi aliquos per libros notatos, uel ſimile, ſatisfaciat prius certis, deinde reliquum det pauperibus. Quo ad res inuentas, require ſupra, ubi tractatur de rebus inuentis, ibi enim dicitur, quid de eis fieri debeat. 19 *Quo ad incertos dominos.*

Quantum ad quartum, ſcilicet quando fieri debeat reſtitutio? Dico ſecundum D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 8. Ex duplici capite homo tenetur ad reſtitutionem, uel ratione acceptionis, uel ratione retentionis: ratione autem acceptionis, quæcunque actio intelligenda uenit, per quam damnum datum eſt, aut iniuria irrogata, etiam ſi nihil utilitatis inde prouenit, puta incendere 40 *Quando reſtituendum.*

ædes alienas,& ſimilia:ratione retentionis concluditur: quicunque penes ſe retinet rem alienam,ratione illius eſt reſtitutioni obnoxius: quicunque enim habet ultra quod ſuum eſt, debet illi reddere cuius eſt, hoc enim exigit ratio iuſtitiæ commutatiuæ, ſcilicet, vt æqualitatem ponat inter eum, qui minus habet, quam debet, & eum qui plus: vnde ſicut auferre alienum, eſt peccatum mortale, quia contra iuſtitiam, ita illud retinere contra domini uoluntatem, cum impediat eum ab vſu rei ſuæ:ita quòd ſtatim reſtituere tenetur:& donec eſt in mora ſemper eſt in peccato mortali; non tamen in quacunq; mora, ſemper de nouo peccat, niſi quoties poteſt, & id aduertit, & non proponit ſoluere, vel quoties proponit non ſoluere, vel quoties dominus legitimè petit, & potens non ſoluit, & quoties videt eum graui neceſſitate premi,& non ſuccurrit. Nauar.cap.17.num.51. Sotus de Iuſti. & iure lib.4. quæſt. 7.artic.1.

Fallentia. Fallit tamen hæc regula in multis caſibus:videlicet,non peccare, ſi non ſtatim reſtituat.

Primo ſi dum rem occupauit,laborabat extrema neceſſitate, & res eſt conſumpta,ſecundum Nauar.cap.17.num.61.non tenetur: dum venerit autem ad pinguiorē fortunā, ita ut potuerit reſtituere, tenetur illo tunc ad reſtõnem.

Sed ſecundum communem ſententiam in tali caſu nunquam tenetur: quia naturali iure tunc res ſibi cedunt: unde quod erat ei alienum per legem ciuilem,per naturalem poſtea extrema neceſſitas facit non alienum,& ita ſibi debitū,vt quicquid ſibi occurrit pro ſuſtentatione,ſuum ſit,vnde Caietanus ait, hic modus occupandi,propriè furtum vocari non debet.

Dubium. Sed hic quæritur,quæ neceſſitas iudicanda ſit extrema? Reſpondetur cum Soto libro quinto,de Iuſtit.& iure, quæſt.3, art.4.non ſolum ea,in qua homo ita calamitoſus inuenitur, & omni remedio deſtitutus, quòd iam iam fame ſtranguletur, aut frigore moriatur,ut aliqui tantummodo uolunt;ſed ille etiā cenſendus eſt articulus neceſſitatis,quando appropinquat, aut imminet periculum extremæ miſeriæ,dum homo incipit periclitari,& illabi in malum irremediabile,& poteſt præuenire,& cauere,ne illabatur in extremam miſeriam, prouidet ſibi de neceſſarijs.

Nec per hoc licebit homini,aut puellæ,dum ſunt in periculo amittendi honorem,aut pudorem,alienum rapere ſub prætextu extremæ neceſſitatis,nulla enim neceſſitas poteſt cogere ad delinquendum,aliàs non imputaretur ad peccatum,propter quod potius perire debet,quam Deum offendere.

Nota Vnde quam grauiter peccant qui poſſunt tali inopiæ ſuccurrere, & miſericordiæ opem negant,contra quos D.Ambroſius ait eſurientium panis eſt, quē tu detines,nudorum indumentum eſt,quod tu recludis, &c.

22 Secundo excuſatur à reſtitutione ille qui poſtquam rem occupauit, deuenit in extremam neceſſitatem,propter quam factus eſt impotens ad reſtitutionem,ſed donec illa durat,itaque ſi uenerit ad meliorem fortunam,tunc tenetur ſecundum omnes.

Tertio, quādo nō habet niſi neceſſaria vitæ,excuſatur à reſtitutione ſtatim facienda,dummodo habeat animum reſtituendi cum potuerit,ſecundum oēs. Verum debitor tenetur negotium creditoris vtiliter agere, ſcilicet tantum ſibi retinere,quantum à lege ſibi permiſſum eſt,parce viuendo,quantum conditio ſui ſtatus ſufferre poteſt,ſuperfluas expenſas in victu,& ueſtitu fugiendo, vtilitatem creditoris ſuæ utilitati præferendo, ut cum aliquid ſibi ſuperſit pro creditore reponatur,aliàs peccat mortaliter.

Quarto quando ultra neceſſaria vitæ habet aliqualē decentiam ſui ſtatus,& creditor nō ſit in ſimili neceſſitate, & poteſt cum paruo, aut nullo ſuo damno expe-

expectare,dummodo habeat animum reſtituendi in totum, uel in partem, ſecundum quòd potuerit D.Anton 2.p.tit.11.cap.8 Nau.c.17.nu 61. Et hoc intellige ſi debitor tenetur ex iuxta acceptione,puta ex contractu, vel commodato,vel mutuo,& ſimilibus:& ratio eſt ſecundum Scotum , quia in tali caſu creditor tenetur debitorem expectare. Si autem debitor tenetur ex iniuſta acceptione,tunc dico ſi res obnoxia reſtitutioni extat, tenetur ad ſtatim : etiam ſi ex illa reſtitutione ſtatum mutaret:puta, Nobilis iniuſtè tenens villam , aut agrum,aut redditum alienum,& ſimilia : ſi illa reſtitueret,à ſua nobilitate caderet. Et vſurarius ſi pecuniam reſtitueret,non poſſet amplius negotiari , & mercantari,vnde cogeretur arte , aut ſtipendio viuere : quia nemo debet cum aliena iactura locupletari.

Si verò res non extat,debitor tenetur ſe gerere,vt dictum eſt paulo ſupra.

Quinto,quando reſtitutio facienda vergit in magnum detrimentum debitoris,puta quando non habens pecuniam in promptu , cogeretur uendere bona ſua multo minus,quàm ualent,eo quod non inuenitur,qui emat, aut quia non currunt nummi propter tẽporis penuriam, & ſimilia,& ſi differret ſolutionẽ, non pateretur tale damnum,& dominus poſſet ſine magno damno, aut nullo expectare, tunc in tali caſu poteſt differre ſolutionem , etiam inuito domino in foro conſcientiæ,ſecundum Scotum in 4.diſt.15.quia tũc voluntas domini eſt inordinata:poteſt enim,& debet ex charitate expectare,& non vult. Secus ſi creditor ex tali dilatione pateretur ſimile damnum , quia tunc tenetur ad ſtatim.Scot.quo ſupra Nauar.c.17.nu.59.Caiet.2.2.q.62.ar.8.& Sot.de Iuſt.& iu.lib.4.q.7.art.4.

Sexto,quando reſtitutio ſubita redundaret in damnum communitatis:puta quando creditor ex re ſibi reſtituenda offenderet,aut perturbaret communitatem iniuſtè litigando,uel ſimile faciendo,quia illud bonum commune eſt pręferendum priuato.

Septimo,quando redundaret in damnum,ſeu mortem corporis , uel animæ ipſius domini rei,uel alterius;puta ſi reſtitueret gladium , cum quo interficeret inimicum.

Octauo quando verteret in periculum vitæ,honoris,vel famæ reſtituentis, aut alterius perſonæ:cum iſta ſint bona altioris ordinis,& ideo præferenda,ait Caiet.& poſt eum Nau.cap 17.nu.56 Dixi (periculum vitæ) quia homo non tenetur ſe prodere,& accuſare propter reſtitutionem faciendam,ſed expectare debet tempus & occaſionem,quando id commodè facere poſsit.Dixi(honoris)quando ex reſtitutione ſequerẽtur adulteria, fornicationes,& huiuſmodi propter indigentiam in ſe, vel in filiabus, tunc enim debet differri reſtitutio, donec iſta impedimenta tranſeant . Dixi tandem (famæ)quando non habens hominem fidelem,per quem reſtitutionem fieri mandaret,ſi per ſeipſum faceret,manifeſtaretur, & infamaretur, uel quomodolibet fama læderetur , nam qui alij de quo dubitatur confidit , non liberatur à debito , ſi ille ſibi retinet. Nau.ubi ſupra num 68.

Nono,quando dominus rei laborat inſania,dementia,aut alio ſimili impedimento:poteſt debitor expectare,donec prædicta eſſent , & interim ad nihil tenetur.Silu.& Nau quibus ſupra.

Aduerte Lector,ne fortè hę ſupradictæ regulę prauam aliquã cogitationem in tua mente pariant,ideſt ne ob hanc indulgentiam,& immunitatẽ, quã pauperes,& impotentes habẽt; te de illis exiſtente manus tuæ alterius bonis cõtaminentur,hac malitia & intentione,ut ijs poſtea immunitatibus,& regulis p̃narratis utaris,quia tibi non ſuffragarẽtur:ait enim D.Antoninus in ſua Summa:imò perſpexi in quadam Bulla Pij IIII. conceſſa cõfratribus ſocietatis de *Animaduerſio pænitentiũ.*

Nomine

Nomine Dei, quod ſi quis eligens peccatum mortale ſuperiori reſeruatum malitioſè hac intentione vtendi priuilegio, & indulgentia conceſſa ſuper tali peccato; priuilegium tale ſibi minimè ſuffragatur, huiuſmodi enim priuilegia non ſunt conceſſa ut peccatores in ſuis peccatis foueantur; ſed ut peccata iam commiſſa medicentur, & ut quo fieri poteſt eis remedium præſtetur, unde præfatus Pontifex ait.

Priuilegium Bullæ quando non iuuent.

Qui Bullam aliquam, aut diploma ſuſciperet, ubi cõceditur facultas, ut abſolui poſsit à caſibus reſeruatis, hac intentione, ut ſuo modo delinquere poſſit, circa dicta facinora reſeruata, & ut difficultatem pœnitentiarios quęrendi, vel Romam adeundi, non habeat (qua difficultate concepta, ſæpe homines à uoluntate peccandi arcentur) hic in ſua praua opinione decipitur, & priuilegium Bullę nihil ei prodeſſe fatemur.

Sed dices ad quid igitur priuilegium Bullæ ualebit, ſi omnes hac intentione bullam ſuſcipiunt? Reſpondeo, hoc minimè uerum eſſe; multi enim ſunt, qui tanquam deuoti, Deum mortaliter non offendere ſtudent, verumtamen perſpicientes ſuam fragilitatem; ſe de continentia peccandi, ſecuros non reddunt; unde bullam ſuſcipiunt, aliquo reſpectu, ut ſi fortè aliquo infortunio, aut fragilitate, contra aliquod reſeruatum delinquerent, eo uti poſsint, & hac intentione eos iuuat. Et ut magis ſuper hoc uobis ſatisfaciam, mihi uſum eſt in huius doctrinæ fauorem, eadem uerba Bullæ Pij IIII. ſuper huiuſmodi emanata adducere.

Cum Summus Pontifex prædictus, omnes gratias, & indulgentias, & priuilegia, quæ à confratribus ſocietatis Nominis Dei lucrantur prænarrauerit, nec non facultatem de eligendo ſibi confeſſorem idoneum, qui à caſibus reſeruatis, ut in dicta Bulla fertur, abſoluere poſsit, ſubiungit, dicens.

Volumus autem ne confratres ipſi, quod abſit, propter huiuſmodi gratiam reddantur procliuiores ad illicita committenda; quod cum à ſynceritate fidei, & vnitate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac obedientia, & deuotione noſtri, uel ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium deſtiterint gratia, & litteræ, quoad eligendum huiuſmodi illis nullatenus ſuffragentur. Datum Romæ. &c. Quæ omnia à Pio V. & Gregorio XIII. cõfirmata ſunt, vt in dicta Bulla eſt videre.

Concludamus ergo, ſanctos patres de huiuſmodi regulis, immunitatibus, & exemptionibus loquentes, non ut doceantur, & prædicentur, ſed ut pęnitentes non deſperent, dum ſunt pauperes; & ut confeſſarij cognoſcentes ſtatum, conditionem, & qualitatem pœnitentium ad reſtitutionem obligatorum, nec non etiam animi promptitudinem in ſoluendo, liberè abſoluere poſsint, ac eos monere, quomodo cum creditoribus ſe gerere debeãt, tractauerunt; & nos vobis tradimus, & non aliter.

Dubium pulchrum.

Dubitaui hic ſi debẽs reſtituere, poteſt ſtatim, & ſimul omnia reſtituere, & non vult niſi paulatim & ſucceſſiuè inuito domino, ſit ne abſoluendus? Reſpõdetur quod non, quia ſemper eſt in peccato mortali, dum poteſt, & nõ vult, & ratio eſt: quia nullatenus habens facultatem reſtituendi, poteſt inuito domino alienũ retinere. Et ſi confeſſor aduerteret nunquam pęnitentem ſatisfacturũ, niſi hoc modo, debet ne eum abſoluere? Dicitur ꝙ non: quia non eſt cõtritus. Verum ſi pęnitens habet iuſtas excuſationes differendi reſtitutionem, & appareat vir timoratæ conſcientiæ, tunc confeſſor poteſt eum abſoluere, non enim nimis rigoroſus eſſe debet. Et ſi creditor nõ vult expectare, & nihilominus pęnitens induci nõ põt ad reſtituendum ſtatim, cum poſſit, niſi ad tempus, quid agendũ? Dicit Sylu. Verbo, Reſt. 5. §. 5. ꝙ ſufficit vt cõfeſſor faciat eũ obligare, & ſic eum abſoluat, quia hoc modo negotium creditoris vtiliter gerẽs, in tuto

pon it.

Digitized by Google

ponit. Quod Sotus de Iuſtitia & iure, lib. 4. quæſtio. 7. artic. 4 non approbat, & ratio eſt: nam etſi confeſſor ſic faciendo negotium creditoris vtiliter gerat, nõ tamen hoc iuuat, niſi in foro exteriori, in foro autem conſcientiæ, minimè, nã ſi eſt ſoluendo, non poteſt tuta conſcientia inuito domino alienũ retinere, & ex conſequenti, non eſt abſolutionis capax, quamuis periculum immineat, ipſe ſibi viderit, qui commodum corporis, animæ pręfert. Inde ſequitur, qui ære alieno grauatur, & non habet propoſitum reſtituendi, niſi ad mortem, quamuis illud firmum habeat, ſemper eſt in peccato mortali, & abſolutionis beneficio caret, quia habens facultatem reſtituendi, nullatenus poteſt inuito domino alienum retinere: vnde in magno periculo ſe exponunt huiuſmodi, diſcedendi in ſtatu damnationis, cum ſæpe accidit pręoccupari morte violentia, & non poſſe diſponere domui ſuæ: & hæc ſupradicta non ſolum procedere in debitis ex furto, aut alio delicto commiſſo, ſed etiam in alijs ex contractu iuſto, mutuo, & huiuſmodi, ait Nauar. cap. 17. num. 66. poſt Maiorem in 4. diſt. 15. Vnde aiunt, multi damnantur ob non ſolutionem debitorum, putantes ſe non teneri ad reſtitutionem antequam per ſentẽtiam condemnantur, nullum ſcrupulum de hoc facientes, nam qui alienum iniuſtè tenet, & quoties conſiderans, aut cõſiderare debens, non proponit reſtituere, aut potens tunc reſtituere, & non habens aliquam cauſam de ſupradictis dilatandi tempus, ſemper de nouo peccat mortaliter, & confeſſio nihil ſibi prodeſt: & ſic decedens non habet locũ miſericordiæ. Vnde etiam ſequitur, qui debent Vniuerſitatibus, & poſſunt ſoluere, & nolunt, donec cogantur, vt vtantur illa pecunia, & lucrẽtur, cum adminiſtratores earum habeant parentes, aut amicos, aut negligentes in rebus communitatis, patientes, & permittentes dictas Vniuerſitates intereſſe pati, & non curantes exigere, peccant mortaliter, & tenentur ad omne damnum tam debitores, quam adminiſtratores.

Dubitatur ſecundo, ſi filij, & hæredes non reſtituunt debita patris relicta in teſtamento, an teſtator patiatur aliquid? 23

Dubium difficile.

Primo eſt hic prælibandum vnum, quod eſt clarum, ſcilicet, ſi principalis, qui erat obnoxius reſtitutioni, deceſſit è vita, & non mandauit reſtitutionem fieri, cum hæreditas ſufficiens eſſet, deceſſit in peccato mortali, nec releuatur poſtea, ſi per hæredes reſtitutio fieret, eodem etiam peccato grauantur hæredes, hoc ſcientes, & non reſtituentes. Secundo reſpondetur dubio difficili propter uarias Doctorum ſententias: pro cuius dubij declaratione ponitur hæc concluſio.

Quod clarum eſt.

Quamuis, qui in fine vitæ pœniteret, aut aliter in vita ſatisfacere non potens: veniens ad actum reſtituendi, & mandans hæredibus, aut executoribus teſtamẽti illam fieri, ſit abſolutus à debito, & tutus, ita vt non teneatur in tormẽtis, ſi per hæredum, aut executorum culpam reſtitutio non fiat, qui tamen potens reſtituere, quod aduertens, noluit in vita illam facere, ſed ex electione illã diſtulit vſque ad finem vitæ, mandans hęredibus, & executoribus teſtamenti illam fieri, minimè è vita ſecurus diſcedit, & multo magis ſi poſtea per dictos hæredes reſtitutio non fiat.

Cõcluſio duas habens partes.

Probatur prima pars quo ad primum membrum, nam in quacunque hora peccator ingemuerit, venia dignus eſt, vnde quo per totam vitam vſuram commiſit, aut furando vixit, & non attendebat, nec cogitabat ea, quæ ſunt animæ, dum autem tactus in fine vitę ex inſpiratione diuina, & remorſu conſcientię, venit ad actum veræ contritionis, & pœnitentię; mandauit fieri reſtitutionem per alios fide dignos, diligentiam faciens, vt potuit, quia per ſe illã facere nõ poterat, vnde ſi erat veræ pœnitens, credendũ eſt qđ per ſeipſum ſatisfeciſſet, ſi vixiſſet, vnde non eſt dicendum ipſum detineri in purgatorio,

Probatur prima pars quo ad primũ membrum.

in caſu

Digitized by Google

in caſu quo hæredes, aut executores teſtamenti non ſatisfecerint, vt volunt aliqui, ſequeretur enim vnum inconueniens, vt ait Nauar. ſcilicet, quod ſi martyr in illo tunc vitam finiret, aut ſtatim poſt baptiſmum decederet, aut moreretur abſolutus virtute plenarij Iubilei, non ſubito ad cælum euolaret, ut tenet fides Catholica: hæredes quidem in hoc caſu eorum negligētia, aut fraude ſunt in ſtatu damnationis, & tanquam fures in infernum deſtinati ſi abſque reſtitutione, de vita mirgant.

Quo ad ſecundum membrũ. Probatur quo ad ſecundum membrum; nam qui in vita reſtituere nō potuit per cauſas legitimas ſuperius tactas excuſatur, dum tamen in fine fecit diligentiam debitam mandans reſtitutionem fieri; ſecurus migrat, nec pro debito detinetur in purgatorio quicquid hæredes faciant, ratione iā dicta S. Th. Quolib. 6. art. 13. Secus ſi negligentia notabilis & remiſſa voluntas teſtatoris in diſponendo fuit cauſa, vt reſtitutio non ſit facta, tunc enim non eſt tutus, quæ ſi non eſt tanta, quæ arguat incontritionem, propter quam non ſit dignus pœna æterna reſtitutionis retardatio non erit ſine detrimento in purgatorio, ait Gabriel Biel in Canone miſſę lec..

Probatur ſecũda pars cõcluſionis. Probatur ſecunda pars Concluſionis, nam qui in vita cũ potuerit, renuit reſtitutionem facere arbitrans ſatis eſſe id hæredibus præcipere, videtur non habere ſyncerum animum reſtituendi, quia ſi tunc non reſtituit, ſignum eſt, quod neque ſi vixiſſet, reſtituiſſet, taliter, quod intentio eius non eſt libera, ita, ut ſi nunquam moreretur, nunquam reſtitueret: præterea iſti ideo in vita reſtituere nolunt, quia ſibi placet aliena poſſidere, & in morte ideo relinquunt, quia eis amplius vti non poſſunt, quæ intentio cum non ſit expedita, non ſufficit ad ueram pœnitentiam, & ex conſequenti malè iudicandum eſt de huiuſmodi. *Poſſidentes ſub dubio.* Idē iudicium faciendum eſt de illis, qui poſſident aliquid ſub dubio, ſit ne ſuum, an non, & nolunt ipſi cum poſſint in vita decernere, ſed in teſtamento hæredibus committunt, ſignum eſt, quòd diſplicet eis illis priuari.

Dubium. Dubitatur tertio, ſi pœnitens multoties promiſit reſtituere, & nunquam reſtituit, an confeſſor debeat ſemper eum abſoluere, quoties promiſerit? Dicitur quòd non, ſi poterat & non curauit, quia veriſimile iudicium fiet, quod à promiſſione deficiet, ſed ſi inſiſtit pro abſolutione, aut confeſſor aduertit aliquod periculum futurum, ſi non abſoluatur, faciat eum obligari, deinde abſoluat.

24 *Quomodo reſtitutio faciēda ſit.* Quantum ad quintum ſcilicet modum reſtituendi: Dico duo, primo quo ad *Quo ad perſonam.* perſonā reſtitutio debet fieri per ſeipſum, dummodo poſſit fieri ſine ſcandalo, vel infamia, vt dictum eſt ſupra, ſin autem per confeſſarium, epiſcopũ, ſeu aliā perſonam fide dignam, & caueat debitor, ne perſona illa, per quam fit reſtitutio, ſibi retineat, quia non eſt liberatus à debito donec ſatisfiat integrè, vt dictum eſt ſupra. *Quo ad ordinem.* Secundo quo ad ordinem habendum in rebus reſtituēdis primo reſtituenda ſunt certa, & certorum ea, quæ extant, danda ſunt dominis proprijs etiam ſi non ſint primi creditores, deinde per ordinem, alijs ſatisfaciendum eſt ſecundum quod tempore præcedunt, intelligendo ordinem prout, ait Bladus in l. pro debito. C. de bon. auct. iud poſſ ſcilicet, ſi apud debitorem inueniatur aliquid commodatum, depoſitum, aut acceptum per furtum, & huiuſmodi, in propria ſpecie ſeruatum, reſtituendum eſt domino rei, quia cum talium rerum dominium nunquam translatum fuerit, non ſunt connumeranda inter bona debitoris, & ex conſequenti nulli alij ſunt obligata. Secũdo, ſi apud debitorem inuenitur aliqua domus empta, vinea, aut bos, & ſimilia, cuius rei pretium non eſt adhuc ſolutum in totum, vel in partem, prius ſoluendum eſt pretium venditori illius rei, deinde alijs ſatisfaciendum, quamuis eſſent primi, & anteriores, nam etſi rei venditæ dominium in emptorem translatum ſit,

ſemper

Digitized by Google

ſemper tamen obligatio ſolutionis remanet venditori, donec res vendita inuenitur apud emptorem in propria ſpecie, ideſt, non ſit alienata, aut conſumpta. Iuxta dictum Baldi quo ſupra. Eadem ratio eſt de eo, quod datur titulo oneroſo, ideſt contemplatione alicuius obſequij, aut ſeruitij præſtiti, ſcilicet vt præponatur ei, cui donatum eſt titulo gratioſo, ideſt ex ſola beneuolentia. ita Medina capit. de reſtitutione. Poſtremo ſeruandus eſt ordo Iuris ſecundum ſtatuta regionis; & maximè hic ordo ſeruandus eſt, quando bona debitoris non ſufficiunt omnibus debitis. Vltimo reſtituenda ſunt incerta, ſi bona ſuperſunt. Vnde qui per bonorum incertorum reſtitutionẽ, factus eſſet impotens ad reſtitutionem certorum eo quòd non ſufficiebant, peccat mortaliter. Ac item creditor, qui eſt poſterior, ſi acciperet, aut retineret bona, quæ debentur anterioribus rationibus iam dictis, peccat, & tenetur illa reſtituere: niſi ignorantia facti excuſaret, vt ait Syluest. Verbo, Reſtit. 6. quæſtio. 5. & Nauar. capit. 17. num. 22. qui de hoc ordine habendo diffuſius loquuntur. Aduertendum eſt etiam, quod qui mutuauit pecuniam alicui pro reficienda domo, aut alia re ſimili, præfertur omnibus, qui habent hypothecam ſuper tali re, vt potius reſtituatur ei pecunia mutuata, ex pretio conſequendo illius rei, deinde ſatisfiat ceteris.

Quæritur hic, an Vſurarius teneatur ſoluere prius illud, quod acquiſiuit per vſuras, quàm debita facta poſt vſuras per contractus licitos.

Dicitur autem Caietano Verbo. Reſtit. c. 8. cui aſſentit Nauar. quo ſupra; ſcilicet, quòd ſi contractus ſunt tales, vt per eos Vſurarius factus ſit pauperior, prout eſt dotare, donare, legare in teſtamento, & ſimilia, prius debent ſolui vſuræ: non enim poteſt in fraudem dominorum huiuſmodi promittere. Si autem per contractus licitos non eſt factus pauperior, ut ſunt contractus emptionis, mutui, & huiuſmodi, tunc prius debent ſolui debita per contractus licitos facta, quàm vſuræ, quamuis ſint ante factæ, quia talis creditor per contractus licitos fuit magis damnificatus, quam is qui vſuras paſſus eſt, qui cum mutuum acceperit ab vſurario, aliquam vtilitatem ſentit, ille verò minimè.

Quæritur ſecundo, fur qui debet centum ex furto acquiſita, & centum ex licito contractu debita, & non habens vnde omnibus ſatisfaciat, ſed pro altero tantum, cui potius ſatisfacere debeat. *Dubium.*

Dicitur, ſi in poteſtate debitoris inuenitur aliquid eorum, quæ debet in propria ſpecie, & non ſit conſumptum, aut alienatum, puta poſſidet equum, quẽ furatus erat, vel emerat, debet illum reſtituere domino, quiſquis ſit ille. Si autem tam furata, quam ex contractu licito acquiſita, ſicut ſunt empta, commodata, aut mutuo accepta, ſunt conſumpta, & domini rerum furto ablatarum ſunt incerti, ſatisfaciendum eſt ei, cui debetur ex contractu licito: ſi uerò ſunt certi, ſatisfaciendum eſt illi, qui habet anteriorem hypothecam: & ſi omnes ſunt æquales in actione, tunc illi præferantur, quibus furata ſunt bona, & ratio huius eſt ſecundum unum doctorem, quia ad reſtitutionem rei furto acceptæ tenetur duplici obligatione, ſcilicet ex iniuſta ablatione, & iniuſta detentione, ſed ad reſtitutionem debiti ex contractu licito, tenetur tantum vna obligatione, ſcilicet iniuſta detentione, quia acceptio fuit licita cum uoluntate domini, uel ſecundum alium dicitur, quòd creditor debiti liciti habet actionem legalem contra debitorem, ideſt poteſt debitorem conuenire, aut hæredem in iudicio, ſed ille, cui furata ſunt bona minimè. ideo eſt præferendus. *Reſponſio.*

Quæritur tertio; obligatus ratione maleficii, puta homicidii, aut mutilationis, & huiuſmodi, ad pęnam, uel ad intereſſe parti offenſæ: & ratione cõtractus liciti, & non habens unde omnibus ſatisfaciat: cui prius tenetur ſoluere. *Dubium*

Reſpon-

Digitized by Google

Reſponſio. Reſpondetur, ſi debitum ex contractu licito anteceſſit maleficium: tenetur ei, cui ex contractu obligatur, & ratio huius eſt, quia debitum contractum ex maleficio, aut eſt pœnale, ideſt ob pœnam impoſitam á iudice, & lex, quæ cōdemnat aliquem ad pœnam aliquam, non poteſt in damnum, & detrimentum legitimi creditoris condemnare, aut debitum eſt ratione intereſſe, & offenſæ factæ, puta quia filij occiſi pereunt fame, & mutilatus non poteſt amplius laborare, & lucrari ſibi victum: & tunc dicitur, cum ratione maleficij aliquis teneatur principali modo perſonaliter, quam realiter, & ad debitum ex contractu licito, obligetur prius realiter, quam perſonaliter, ideo ſufficit ſi malefactor puniatur de perſona. Si verò debitum ex contractu eſt poſt perpetratum delictum: dicitur reſpectu debiti pœnalis, ſi eſt factum ante condemnationem iudicis, ſatisfaciendum eſt creditori legitimo, reſpectu intereſſe, & damni facti, eo quòd hæc facta ſunt ante contractum licitum, ex quo facto ſtatim inſurrexit obligatio, ideo prius ſoluenda ſunt: ac etiam ſi concurrunt in eodem tempore, rationibus iam dictis in ſecundo dubio.

Vbi facienda ſit reſtitutio. Quantum ad ſextum, ſcilicet vbi facienda eſt reſtitutio. Dicitur, ſi reſtitutio facienda eſt ex contractu, aut quaſi contractu, debet fieri in loco, vbi conſignata fuit res, vel extra eum qñ nec debitori, nec creditori damnoſa fuerit, exemplum, res, quæ conſiſtit in pondere & menſura, non debet conſignari, vbi pretium eſt varium, & ſi pretium, vel menſura in illo alio loco, vbi creditor vellet ſibi conſignari res, non ſunt varia, tamen debitor non debet aggrauari ſaltem vectura. Et de nummis mutuatis dicendum eſt, quòd reſtitui debent, vbi fuerunt conſignati, aut ſi in alio loco deducantur cambia ſeu aliæ expenſæ, prout ſecundum varietatem locorum, & temporum current. Et de alijs rebus debitis ex contractu licito? Reſpondetur diſtinguendo, ſi debitor receſſit à loco, vbi tenebatur facere reſtitutioné, tenetur ſumptibus ſuis rem debitam mittere, niſi creditori aliud videbitur. Et ſi res miſſa perit caſu fortuito? Reſpondetur, ſi res, quæ debetur, mittitur eadem numero, puta idem equus, eadem veſtis, idē liber, ſi perit, domino perit. Si autem res, quæ mittitur, non eadem numero reſtituitur, ſed æquiualens, ſi perit debitori perit. Et ratio huius eſt, quia res, quæ eadem numero mittitur, eſt in dominio creditoris, ideo ſibi perit: ſed quæ non eſt eadem numero, dum mittitur, eſt in dominio debitoris, ideo debitori perit. Et ſi nuntius non eſt fidelis, & perit eius malitia? Dicitur ſi nuntius mittitur ex conſenſu amborum, quia erat communi opinione fidelis, dicendum vt ſup. ſcilicet, ſi mittitur eadem numero, perit creditori, ſin autem, debitori: ſi nūtius mittitur à debitore tantum, quomodocunque res ſit, ſiue eadem numero, ſiue non, ſi erit, debitori perit, ſi autem nuntius mittitur à creditore ad portandum rem debitam, quomodocunque ſit res, perit creditori. Panormitanus cap. ſignificante, de pignoribus.

Et ſi dominus rei multum diſtat à loco, quid faciendum? ſi expenſæ, quæ requiruntur ad eam mittendam adæquant, aut ſuperant valorem rei mittendæ, dicitur, quòd per epiſtolam domino denunciari debet, vt ſi res eſt parui momenti, detur pauperibus, ſi ratum habuerit, & ſi eſt magni momenti vendatur, & pretium mittatur per cābia, expenſis debitoris, ſi ipſe receſſit à loco ſolutionis, vel expenſis creditoris, ſi creditor receſſit. Et ſi dubitatur, expenſas faciendas in miſſione creditorem non ſoluturum? Dicitur, ſi res eſt magni momenti, & dominus illa indiget, debet per literas moneri, quid faciendum; ſi autem non indiget debet expectari commoditas, aut reditus domini, quia nulla lege debitor tenetur ad hoc. Et ignoratur vbi dominus manet? dic vt ſupra. Si autem reſtitutio debetur ex furto, aut alia fraude, mittenda eſt res ſumptibus furis, ait Caietan. 2.2. quæſtio. 62. articu. 5. Et ſi res miſſa amitteretur? quomodocunque

cunque tenetur iterum, atque iterum mittere, donec ſatisfit domino, quia culpa ſibi imputatur. Et ſi tantum expenderetur, quantum res valet, aut plus mittendo illam? Reſpondet Abbas in cap. cum tu, de vſuris, & Syluester, Verbo, Reſtit. 4. § 4. Si debitor receſſit à loco, vbi res fuerunt ablatę, ſunt mittendæ ſumptibus ipſius, qui eſt reſtitutioni obnoxius, etiam ſi expenſæ duplo excedant. ſi autem dominus receſſit à loco, & res ſuas ſine expenſis ſecum ferre poterat, dicendum ut ſupra, ſi verò non poterat ſine expenſis, tunc ad tantum dominus teneatur, quantum ipſe pro talibus rebus ducendis expendiſſet, reliquum quod expenditur, à debitore ſuppleatur: quia qui reſtitutioni eſt obnoxius, ſolum ad reſtitutionem rei ablatę, & damnum ſecutum, tenetur, & non ad plus.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM MATERIERVM,

Quæ continentur in hoc ſexto Capitulo.

1 *HOmo dupliciter verbis offendi poteſt, ſcilicet manifeſtè in præſentia eum iniuriando, & occultè in abſentia infamando.*

2 *Et iſta peccata ambo ſunt mortalia ex proprio genere; poſſunt eſſe venialia, ex intentione, ſed quomodo, hic aperitur.*

3 *Declaratur quomodo homo poſſit directè, & indirectè infamari.*

4 *Docetur, quis teneatur famam reſtituere, & quibus caſibus, & quis modus tenendus.*

5 *Declarantur diuerſi modi ſatisfaciendi ijs qui circa honorē offenſi ſunt.*

6 *Oſtenditur, quod peccatū cōmittat, qui libenter audit infamias proximi.*

7 *Declarantur ſex dubia circa reſtitutionem famæ, propter varietatem opinionum.*

8 *Tractatur de reſtitutione, ad quam tenetur homo propter offenſam factam in perſonam proximi, & primo quo ad vulnera, & verbera.*

9 *Secundo quo ad mortem proximo inferendam.*

10 *Declaratur per multas concluſiones, quando homo teneatur pro homicidio caſuali, & quando non.*

11 *Interficere hominem propria auctoritate, quare ſit mortale.*

12 *Dum homicidium eſt commiſſum à multis, etiam caſualiter, quis eorum pro illo teneatur.*

13 *Declaratur quanta reſtitutio fieri debeat pro morte hominis: vbi notatur quædam regula, ſcilicet fieri debet plus, uel minus, ſecundum varias, & diuerſas conditiones occiſorum.*

14 *Tractatur hæc ſupradicta reſtitutio quibus perſonis fieri debeat; vbi docetur, quòd non omnibus propinquis occiſi neceſſaria eſt.*

15 *Dubium agitatur, ſcilicet, an qui delictū commiſit, ſi à publica iuſtitia punitur, teneatur ne vltra pœnam corporalem, ad damnum proximo factum pro illo delicto.*

16 *Declaratur, quando auctor alicuius maleficij ſecreti tenebitur pro damno, quod aliquis innocens, iniuſtè patietur pro illo delicto.*

17 *Docetur quando differri poſſit ſatisfactio pro aliquo delicto ſecreto, vt commodè fieri poſſit, ne illam faciendo delictum manifeſtaretur, & ne infamatus remaneret apud homines ſine neceſſitate.*

18 *Hic aperitur, quando homo inducens aliquem ad peccandū mortaliter, quando teneatur pro eo, & an à peccato retrahere debeat illum.*

CAPI-

Digitized by Google

CAPITVLVM SEXTVM

De reſtitutione famæ, & damni facti in perſona.

DIctum eſt ſupra, aliquem poſſe damnificari circa tria, ſcilicet circa bona temporalia, famam, & perſonam. Abſoluto primo mẽbro, videlicet quomodo homo ad reſtitutionẽ teneatur circa damnificationem in bonis, reſtat nunc videre de reliquis, & primo de fama, & honore. 1

Pro quorum intelligentia eſt primo aduertendum ſecundum D. Tho. 2. 2. q. 73. art. 1. quod ſicut facto, aliquis dupliciter læditur, ſcilicet manifeſtè, vt per rapinam, violentiam inferendo, & occultè, vt per furtum, doloſè auferendo, ita etiam aliquis dupliciter poteſt lædi verbo, ſcilicet in manifeſto, quando in faciem contra eum loquitur, per quod detrimentum affertur honori eius, cui verba ſignificantur, & hoc peccatum vocatur contumelia, quę nil aliud eſt, quam iniuria, quę per dehoneſtationem, & irreuerentiam contra honorem alicuius exhibetur, quę oritur ab ira, ideo eius filia eſt. Alio modo occultè quando verba contra aliquem proferuntur in eius abſentia in angulis, eo ignorante, per quæ lęditur eius fama, & hoc peccatum vocatur Detractio, quę ſic definitur: Detractio eſt denigratio alienæ famę per occulta verba. Quæ, vt plurimum, oritur ex inuidia, & ideo eius filia eſt.

Dupliciter homo offendi poteſt.

Contumelia quid ſit.

Detractio quid ſit.

Quæ peccata ſunt valde grauia, eo quòd Fama, & Honor ſunt res precioſiores, quam bona temporalia, per quorum defectum, quandoque homo priuatur multis bonis animæ, corporis, aut diuitiarum, penſatis conditionibus perſonarum, & impeditur à multis bene agendis, quibus per infamiam ſibi impoſitam putatur indignus. Vnde dicitur Eccle. 41. Curam habe de bono nomine, hoc enim magis tibi manebit, quam mille theſauri magni, & precioſi. Hæc peccata formaliter loquendo genere ſuo mortalia ſunt, poſſunt eſſe venialia per accidens. hoc enim diſcrimen eſt inter peccata, quę conſiſtunt in facto, & quæ in verbo, in illis namque ex ſolo obiecto peccatum genus habet, puta homicidium, furtum, & ſimilia, & ex ſe ſolis ſunt ex genere mortalia, poſſunt tamen eſſe venialia ex cauſa, & intentione, vt diximus in primo capite, ſed in his, quæ verbo fiunt, non niſi ex adiuncta intentione, formaliter mortalia ſunt, & ratio eſt, verba namque non offendunt quatenus ſunt res, vt accidit in factis, ſed quatenus ſignificant; ſignificatio autem ex intentione dependet, inquantũ exprimuntur tali, vel tali intentione, vnde fit, qđ non oĩs cõtumelia, & detractio eſt mortalis, ſed quæ fit animo, & intentione offendendi, quæ cum perturbant pacem, & amicitiam, tollunt charitatem, & ex conſequenti ſunt mortalia, vbi verò non interuenit iactatio conuicij, & denigrationis, non eſt mortale. Vnde in triplici gradu eſſe poſſunt, ſcilicet, vt quandoque ſit mortale quandoq; veniale, & quandoq; virtus. Exemplũ in cõtumelia, dum quis conuitium graue, & verba contumelioſa ex intentione per iracũdiã euomit mortale eſt, dum autem talia dicuntur ex quodam vſu inter vulgares, qui inuicem quicquid in buccam venit conuitiantur, quibus verbis taliter dictis fides, adhiberi non ſolet, dubium non eſt, quòd ſit veniale; dum verò ſuperior, prælatus, magiſter, vel maior natu animo corripiendi, aliquod taliũ verborũ contra inferiorẽ profert cum moderamine tñ, actus virtutis eſt. Exemplum in de-

Fama præſtat bonis temporalibus.

2

Peccatum infamantis aliquem genere ſuo mortale eſt.

Infamare quãdoque eſt mortale, quãdoque eſt veniale.

in detractione, dum aliquis ex intentione profert verba infamatoria contra aliquem, famam eius denigrãdo, mortale eſt, dum autem profert aliqua verba per quæ fama alicuius læditur, non intendens illam infamiam, ſed aliquid aliud, puta quando dicit peccatum alterius per viam narrationis, vel quando profert illud ex leuitate animi ſine neceſſitate, dummodo non ſint verba adeo grauia, quòd notabiliter alterius fama lęderetur (ut clarius inferius dicetur) veniale eſt. Et ſi aliqua verba proferantur propter aliquod bonū, aut neceſſariū, puta quando debet, & quibus debet cum debitis circunſtantijs, non ſolum non eſt peccatum, ſed actus virtutis, quamuis per ea alicuius fama denigretur.

Fama alicuius dupliciter denigrari poteſt, directè ſcilicet, & indirectè, directè quidem, quadrupliciter, primò quando falſum imponitur, quòd eſt omnibus maius; ſecundo, quando quis peccatum alienum ſuis verbis adauget, ſeu aliquod factum malum aſſerit eſſe plus, quam reuera eſt; tertio quando aliquod verum occultum reuelatur; quarto quando aliquod factum de ſe bonum, dicitur eſſe factū mala intentione. Indirectè tripliciter, primo, quãdo quis negat bonum alterius contradicendo, non eſſe verum, quod bonum aſſeritur, ſecundo quãdo illud minuit ſuis verbis, vt non credatur eſſe tantū bonum, quantum aſſeritur, tertio quando malitioſè reticet tempore, quo expedit dicere, dum enim de proximo dicitur aliquod bonum te præſente, & cōſtat te illud nouiſſe, & ſimiles cū aliquo liuore, tale ſilentiū eſt ſignum alicuius infamiæ, & quandoque cauſa impediendi eum in aliquo bono, de quibus omnibus inferius dicetur.

Fama an ſit reſtituendã. Quæritur modo, an qui denigrauit famam alterius, teneatur ad famę reſtitutionem? Pro hoc dicitur, quòd reſtitutio cum ſit actus commutatiuę Iuſtitiæ, quæ conſiſtit in quadam æqualitate bonorū, & bona fama, ſeu gloria alicuius numeretur inter bona hominis conſequens eſt, vt ſicut homo tenetur ad reſtitutionem, quãdo abſtulit proximo bona temporalia, multo magis teneatur ad reſtitutionem famæ, cum ſit bonum precioſius, quam ſunt diuitię, iuxta illud Prouerb. vigeſimo ſecundo. Melius eſt nomen bonum quam diuitiæ multæ. Vnde ad quæſitum multipliciter reſpondetur.

Qui detrahendo, famam alterius notabiliter lęſit iniuſtè falſum dicendo, peccatum mortale illi imponēdo, peccat mortaliter, & ad reſtitutionem famę tenetur ad neceſſitatem, confitendo ſe falſum dixiſſe.

Dixi notanter (detrahendo) quia quandoque poteſt lædi fama alicuius ſine detractione, & eſt quãdo dicitur peccatū occultum alicuius, his, quibus debebat, puta prælato denuntiando, aut accuſando, vt prouideat, vel dicitur his, qui poſſent prodeſſe, vel dicitur ſibi propriè coram teſtibus correctionem fraternam faciendo, in tali caſu non eſt peccatum, imò eſt actus virtutis.

Dixi (alterius) quia ſecundum Sotū in de ratione tegendi, vel detegendi mēbro 1. q. 3. & in libro 5. de Iuſtitia & iure, q. 9. & Adrianum in quarto q. 35. regulariter loquēdo infamare ſeipſum, ſeu detegere propria peccata, per quæ fama lædatur, non eſt mortale. Sed ſecundum Caietanum 2. quæſt. 73. art. 2. oppoſitum dicitur. Verum Nauar. c. 18. nu. 27. Concilians hanc opinionem Caietani, dicit verā eſſe in quattuor caſibus tantū, ſcilicet quãdo ex eius infamia ſequeretur damnum animæ aut vitæ proprię, aut alienę, vel honoris aliorum, vel iactura bonorum alterius. *Infamare ſeipſum eſt quã doq; mortale.* Dico (animę propriæ) puta quando conſeruando propriā famā ſe honeſtè continent, quòd ſi ipſam amitteret ſe infamando in incōtinentiam laberetur, de ipſa amplius non curando. Dico etiam (aut animæ alienæ) puta quando aliquis pro iuſto habitus, & reputatus, ſe infamando, occaſio eſt, ut alij in eadem peccata labantur. Dico ſecundo (vitę propriæ, vel alienæ) puta quando ob tormenta aliquod peccatum indebitè detegit, (indebitè dico) quando illud confiteri non tenetur, cum non ſit conuictus, aut quando aliquod

peccatum

peccatum ob tormenta ſibi falsò imponit, propter quæ ſuiipſius, aut alterius iacturam membri, aut mortem mereatur. Dico tertio (honoris aliorum) puta quando aliquis religioſus, aut monialis ſe infamando religioni, aut monaſterio notabilem infamiam inferunt. Dico quarto, & vltimo (bonorum alterius) puta quando aliquis vir probus, cuius operibus indiget Reſpublica, ſe infamando, ineptum ſe facit ad eius gubernationem. In his quattuor caſibus, quia ſibi ipſi, vel alteri præiudicat, in his quorum non eſt dominus, & de iure præiudicare non poteſt, peccat mortaliter, & de falſo contra ſe dictum mentiri debet. In cæteris verò caſibus cùm nulli præiudicet, non eſt mortale ſeipſum infamare, falſum ſibi attribuendo, aut uerum occultum propalando, niſi quando ſua peccata cum aliqua iactantia narraret, tunc enim, quandam complacentiam de præteritis commiſſis oſtenderet.

Dixi (notabiliter) quia quandoque contingit dicere aliquod malum, per quòd diminuitur fama alterius, & quia illud non intenditur ex animo, ſed aliquid aliud, tunc formaliter non eſt detrahere, & per ſe, ſed materialiter, & per accidens, & eſt quando dicitur peccatum alterius, per viam narrationis, vel ex leuitate animi, & incuria, non aduertendo quid dicat, vel quando aliquod falſum dicitur dubitatiuè, vel ex auditu, ei fidem non præſtando. Vel dixi (notabiliter) quia ſi detrahendo diceret aliqua uerba parui momenti, cum non offendant notabiliter, non tenetur ad reſtitutionem: puta talis eſt homo negligens; aut aliquãtulum miſer, & tenax de rebus ſuis: vel quãdo dicitur aliquid, quod ſecundum humanum iudicium illi perſonæ ſecundum ſuam conditionem non reputatur infamia, puta ſi diceretur militi ſe deſcendiſſe in duellum, ſecus ſi diceretur clerico, vel quando diceretur aliquod mendacium de aliqua perſona, quæ erat publicè infamis, puta meretricem admiſiſſe hac nocte hominem, quem re vera non admiſerat: uel quando infamator non eſt fide dignus, aut ioco dixiſſe creditur, propter quæ illi nulla adhibetur fides in huiuſmodi cùm non offendatur perſona notabiliter, non eſt locus reſtitutioni.

Dixi (iniuſtè) vbi enim fama obnubilatur, & non offenditur iuſtitia, tunc infamator non ponitur ſub iugo reſtitutionis, ut accidit illi, qui uerum patefacit, aut in iudicio rectè accuſat maleficium ſupplico dignum, qui teſtibus conuinci poteſt, quamuis id malo animo, & odio faciat, peccat quidẽ mortaliter, qui contra charitatem delinquit, non tamen tenetur reſtitutionis vinculo, quia iuſtitiam non uiolauit: eodem pacto dicendum eſt, quando Prælatus proderet peccatum illius, quem rectè condemnauit, & ſimilia. Sed contra iuſtitiam faceret ille, qui in iudicio, & ſi uerum diceret, & imponeret accuſando, tamen non ſeruauit iuris ordinem, ſcilicet probare nequiuit, quod expoſuerat: ac etiam quando quiſque audiuit, ita refert, ac ſi oculis vidiſſet, qui modus diffamandi eſt ita vſitatus, & minoris exiſtimationis, ut multi in hoc decipiantur, quod benè aduertere deberent confeſſarij: quando ſcilicet id, quod dicitur, non eſt publicum, nam ſi eſſet publicum, quod etiam alia uia malum curreret, ac vires eundo acquireret. Iuſtitiam non offenderet ac item ille, qui iniuſtè falſum crimen imponit, ideo dixi etiam (falſum dicendo) & rectè adiunctum eſt, falſum dicendo, & iniuſtè, enim uerò contingit quandoq; ſine iuſtitiæ offenſione falſum producere, ut accidit iudici innocentem condemnanti ſecundum allegata, & probata, is autem quamuis famam innocentis eum condemnando lædit, quia tamen ſecundum allegata, & probata iudicat, non tenetur ad reſtitutionem, falſum ei dicendo; teſtes autem iniuſtè falſum teſtãdo bene tenentur, dico non teneri iudicem dum iudicat, nam extra iudicium, ſi ipſe id aſſeueraret, aut alia priuata perſona, non eſt dubium, quin non euaderent iniuſtitiæ labem, & ex conſequenti reſtitutionis in laqueum inciderent.

Infamatio cõtra iuſtitiam quando fiat.

C 2 Dixi

Digitized by Google

Dixi(peccatum mortale ei imponendo)quia ſi eſſet veniale,quod de ſe non eſt infamatorium,aut eſſet aliquis defectus naturę per huiuſmodi nõ tenetur, niſi rõne alicuius perſonę grauis:nam dicendo huiuſmodi defectus naturę cũ aliquibus malis circunſtantijs, quandoq; aliquibus pſonis notabiliter infamiã inferunt,& cum hoc notabile damnũ:ait Nau c.18.nu 25. Ac ẽt peccata venialia circa honeſtatẽ uitæ,& quantum ad modũ dicendi,qñque aliquibus perſonis notabilem infamiam inducunt,ut ſunt moniales,puellę nobiles,ualde religioſi,& huiuſmodi. Sicut ex oppoſito,quandoq; peccata mortalia aliquibus perſonis nõ inferunt infamiã,ut accidit aliquibus iuuenibus ſæcularibus, qui, ſi de eis fornicatio diceretur,tanti facerent,ac ſi de aliquo conuiuio notarent.

Peccatũ ueniale quando inducat infamiam.

Qui peccatum alterius ſuis verbis adauget, dicendo plus eo,quod factum eſt,peccat mortaliter,& tenetur de illo exceſſu.

Qui opus bonum alterius mentiendo , mala intentione factum eſſe dicit , peccat mortaliter,& tenetur dictum emendare.

Qui interrogatus de uita,& moribus alicuius viri probi, dum tenetur eius virtutes notificare , & malitioſè tacet cum illius notabili damno : puta , quia quæſierat,uel expectauerat aliquod bonum,quod habuiſſet,ſi de ſe bene relatum fuiſſet;peccat mortaliter.Nau.ibidem nu 37.

Qui audit peccata alterius , ſiue fuerint occulta, ſiue falſa , & ea narrat ita certitudinaliter,ac ſi ea uidiſſet,cũ nec viderit,nec certo ſciuerit,peccat mortaliter,& tenetũ ſe emendare, dicendo ſe illa audiuiſſe, & non credere eſſe uera,nec hoc ſufficit,vt tunc dicetur:ſi autem narrat illa ſolummodo,ut audiuit, animo non lędendi,aut infamãdi,ſed ex quadam leuitate, nec affirmat ea eſſe vera, ſed tantum dicit ſic audiuiſſe , non peccat ſaltem mortaliter ſecundum Scotum in 4.diſt.15.q.4.& Caiet.ſecunda ſecundæ , quæſt.73.art.2. quos ſequitur Nau.c.18.nu.36.qui cenſent,hunc modum dicendi non eſſe directè infamare,& ideo nec teneri ad reſtitutionem:ſed ſecundum Sotum lib 5.de Iuſtitia & iure,q.10 dicitur hoc non eſſe conſcientias tutas reddere,ſæpe,namque accidit illis,qui aliàs non audierunt, concipere nouam ſiniſtram opinionem,unde in his,& ſimilibus caſibus tenetur dicere,ſe leuiter locutum fuiſſe, nec ſufficit ſe excuſare, quia quandoque excuſatio parit maiorem credulitatẽ apud ingenioſos,ſed omni meliori modo,quo poteſt, opinionem , quam audientes conceperunt adimere debet:niſi fuerit tam publica, aut ijs quibus dicitur aliàs nota, quòd non opus erit.

Qui alicuius famam depreſſit,uerum crimen occultum tamen,contra ordinem iuſtitiæ,ſcilicet accuſando eum in iudicio, & non ualens probare, tenetũ illum reuelare quantum eſt poſſibile,ſine tamen ſuo mẽdacio: ſed quis modus tenendus eſt,difficile eſt cogitatu:Scotus namq; & D.Th. aiunt accuſatorẽ detractorem dicere debere ſe iniquè,ac malo animo illũ infamaſſe,& huiuſmodi,quem modum dicendi credo nihil utilitatis,aut releuationis afferre, rationibus nuper dictis: ideo Sotus quo ſupra lib.4.q 6.& Caiet.aiunt detractorem non amplius debere de re illa loqui,ſed à iudicio ſe retrahendo , ubiq; de illo bonam famam ſeminare debet,quantum fieri poteſt ſine mendacio,modo ſuperius narrato,& ſi per hoc,alij,eo quod non ſe retractat,confirmationem dicti conciperent , tamen amplius fieri non poteſt:tenetur bene ad reficiendum damnum ei datum,ſ.expenſas circa ſui defenſionem peractas reſtituere,etſi ab aliquo bono eũ impedierit,tenetur ei recompenſare quantum poſſibilitas permiſerit ad iudicium boni viri,non tamen integrũ , ac ſi de falſo eũ infamaſſet: & ad hęc omnia tenetur,eo ꝙ contra ordinẽ iuſtitię eum uexauit,ut dictũ eſt.

Qui famam alicuius lacerauit,peccatum occultum extra iudicium per angulos ſeminando,peccat mortaliter,quamuis reſtitutionem facere non teneatur, eo quòd

eo quòd iuſtitiam non læſit, & ſi illud vni ſoli ſecretè reuelauit; non peccat
mortaliter, niſi ille, cui reuelauit eēt pſona multū grauis, & magnę auctoritatis
apud quē infamatus erat in bona æſtimatione. Sotus li. 5. q. 10. de Iuſtit. & iu.

Qui narrat peccatum alicuius, quamuis graue, ex cuius narratione illi nulla
oritur infamia, vel quia eſt publicum, vel quia illa perſona eſt talis cōditionis,
quòd de talibus ſe iactare ſolet, vt accidit aliquibus iuuenibus, qui de fornica-
tione ſe iactant, non peccat, ſaltem mortaliter.

Nota quo ad modum reſtituendi famam, quod non ſatis eſt, coram eiſdem, *Notate mo-*
quibus mendacium dictū eſt, ſolummodo ſe falſum dixiſſe confiteri, quia per *dum reſtituē-*
hoc ſolum non tollitur opinio mala de mēte hominum, quam conceperunt de *di famam.*
nouo aliquo peccato alias non audito, cum ſint procliuiores ad credendum
mala, quàm bona: ſed oportet dicere tali ordine, vt q̧ tua culpa fuerit infamia
maculatus, tua quoque diligentia ſit verè purgatus, etiam ſi opus fuerit iura-
mento, aut teſtibus adhibitis monſtrare te falſum dixiſſe.

Quantum ad ſatisfactionem honoris:

QVi honorem alicuius per aliquam iniuriam læſit, debet per aliquam reue-
rentiam, veniam petendo, illi ſatisfacere, qui modus eſt accōmodatiſſi- 5
mus, dum enim contumeliator per contemptum alium ſubiugauit, per actum *Honor quo-*
contrarium, vt per proprium antidotum ſe illi humiliare cōueniens eſt. qui mo- *modo reſti-*
dus non eſt cunctis neceſſarius, quando quidem contumelia poteſt eſſe tanta, *tui debeat.*
quod hæc non ſufficiant, ſed alia via remedium ſumendum eſt: neq; inter ma-
gnates. & nobiles modus iſte obſeruari conſueſcit, ſed alijs honeſtis vijs ſatis
fieri talibus pſonis, Confeſſarij petere debent, & præſertim, vt non hēant ani-
mū ſe vindicandi: excipiuntur etiam ſuperiores, non enim decet pręlatos à ſuis
ſubditis, aut nobiles à plebeis veniam petere, ſed alio honeſto modo fieri pōt. 6

Nota etiam, quòd audiens detrahentem alium poteſt, plus, aut minus, aut
ęquè ſicut, & ille peccare, vnde Beatus Bernardus ait. Detrahere, aut detrahen- *Detrahētem*
tem audire, quid horum damnabilius ſit, non facilè dixerim: ſi enim audit mor- *audire quan-*
taliter aſſentiendo, & illum incitando, vt dicat, peccat plus quam ille, qui di- *do ſit morta-*
cit, quia cauſam præbet; Si autem audit, non prębendo ad id cauſam, nec impe- *le.*
diendo, ſed tantum eo delectans, peccant quantum qui dicit: Si verò audit ſine *D. Bernard.*
aſſenſu, & delectatione, peccat minus; Verū circa hoc in tribus caſibus poteſt
peccare mortaliter; primo ſi eſt epiſcopus, aut alius ſuperior, cui ex officio corri-
gere competit, & non corrigit; ſecundo quicunque ſit, dum audiens neſcit ali-
quod notabile damnum ſeu periculum inde ſecutum, aut ipſi detrahenti, aut
alteri, quod contra dicendo vitare poſſet, & non contradicit: tertio quando ali-
qua negligentia craſſa, aut vili timore à correctione fraterna ſe retrahit, dum
poſſet iuuare, quia contra charitatem faciunt huiuſmodi: niſi aliquo iuſto ti-
more, aut verecundia ſe retraherent. Et ſi dum audit detrahentem, ei reſiſtit con-
tradicendo verbis, aut ſignis, aut geſtu triſti, ſignificando non poſſe pati talia
verba, meretur. hęc D. T. 2. 2. q. 73. art. 4.

Pro cōplemento huius materiæ breuiter tactę, ſunt aliqua dubia examinan- 7
da quę propter varias Doctorū opiniones reddunt difficile negotium: nos au- *Dubium.*
tem ſingulorum opiniones tangemus, vt vnuſquiſque abundet in ſuo ſenſu, &
quod melius videbitur legatis.

Queritur primo, an q̧ in vno loco puta Romę infamis eſt, liceat in alio loco, 1
puta Neapoli, vbi habetur in bono nomine, infamare? Caietanus opuſculo 16. *Diſtinguen-*
ait ꝙ ſic; Adrianus Quodlib. 2. q. 1. oppoſitā ſententiā tenet, ſed hāc diſcordiā *dum.*
Sotus li. 5. de Iuſt. & Iure. q. 10. diſtinctione cōciliat dicens; ſi ille, qui Romę in
famis effectus eſt, ſuam famā amiſit auctoritate publica in iudicio, publico præ

conio, nec de peccato ſuo emẽdatur, poteſt ſine mortali, & reſtitutione detegi; nam dũ quis ſua culpa in pęnã delicti iure publico fama expoliatus eſt, data eſt facultas vnicuiq; ſuum ſcelus ꝑpalandi, ſed ſi vita, & moribus emendatus, bonum nomen alibi recuperauit, peccatum eſſet contra Charitatem illum vbi pro bono habetur infamare: Si autem famã amiſit nõ publica auctoritate, ſed priuata alia via, cum illa iure nõ ſit priuatus, non perdidit Ius honoris, & famæ ſuę, vnde mutatus domicilio, vbi pro bono habetur, peccatum eſſet mortale illum detegere, & tenetur eo modo, quo tenetur, qui peccatũ ſecretũ detegit.

2 Dubium. Quæritur ſecundo, qui falsò infamauit à multo tempore aliquam honeſtam mulierem, ex quo res data eſt in obliuionem, & poſtea pęnitentia ductus, an debeat facere reſtitutionẽ apud eos, qui de hac re amplius non recordantur? Reſpondet Sylu. verbo Detractio negatiuè, quia forte de hac re non recordatur, & ſi hæc dicerentur, eſſet, vulnera renouare, & ſic maior infamia ſequeretur. Caietanus autem dicit oppoſitum, & eius ratio eſt: quia non conſtat auditores eſſe oblitos, & multorũ nunc non recordamur, quorum poſtea reminiſcimur, ideo ad reſtitutionem teneri. Sed hi facile conciliari poſſunt, ſcilicet ſi probabiliter iudicari poteſt, auditores amplius de infamia recordari non poſſe, ſequere Sylueſtrum. Si autem iudicatur rem non eſſe ita oblitam, & per hoc effectus infamiæ à principio cauſatus permanet, ſequere Caietanum, Iudicium maximè fieri poteſt ex temporis longitudine, conditionibus perſonarum, puta ſi ſunt ſenes, qui facile obliuiſcuntur, aut varietate tribulationum.

Sententia auctoris.

3 Dubium. Quæritur tertio, an teneamur famæ alterius ſatisfacere cum detrimento noſtræ famæ, quando aliter fieri non poteſt, nam dicendo me mentitum eſſe; & odio, ac iniquo animo me infamaſſe talem, vt ei locum, aut gradum, ad quem aſpirauerat, vſurparem, & pro me procurarẽ, & ſimilia, abſque dubio apud auditores videretur homo ambitioſus, iniquus, loquax, & malè conditionis. Reſpondet Sotus quo ſupra, quòd etiam cum detrimento proprię famæ, alterius famam recuperare debemus, non enim vlli licet cum alterius iniuria ſibi conſulere: niſi in caſu, quando infamator eſſet ſuperior, & perſona grauis exiſtimationis, reſpectu offenſi: non enim decet prælato ſuo ſubdito famam reſtituere cum tanta iactura ſuæ reputationis, dicendo ſe eſſe mentitum, aut virum magnæ auctoritatis alicui priuatæ perſonæ, aut nobilem famam ſuam maculare, vt plebei famã dealbet, debet tamẽ alia uia illi ſatisfacere, ſcilicet offensũ exaltare, aliquod officium præſtare, aut ſaltem pecunia compenſare, vt melius videbitur. Et quamuis Sylue. aſſerit famam pecunia compenſari non poſſe, melius tamen cum Scoto, & D. Thom. dicendum: enim vero cum pecunia ſit pretiũ omnium rerum, inter quas fama computatur, ideo per illam, aut aliud pecunia ęſtimabile compenſari poteſt. Idem dicendum quando ſimpliciter fama reſtitui non poteſt.

4 Dubium. Quæritur quarto, an teneamur famam reſtituere cum periculo noſtrę vitę? Dicitur regulariter, quòd non: quia vita eſt bonum altioris ordinis, vnde ſicut non debemus pro reſtitutione bonorum famam amittere, ita neque vitam pro fama: verum Sotus quo ſupra credit, in aliquo caſu debere, ſcilicet quando aliqua illuſtris familia de hæreſi, aut crimine læſæ maieſtatis, ob falſum teſtimonium perpetuo diffamata redderetur, aut quando aliquis ob falſum teſtimoniũ morti addiceretur, & per retractationem teſtis falſi huiuſmodi reuocari poſſent, tenetur etiam cum periculo ſuæ vitæ illos liberare.

5 Dubium. Reſponſio Scoti. Quęritur quinto, qui accuſatur de aliquo crimine occulto, quod probari nõ poteſt, negando, & accuſatorem de calumnia, vel falſo notãdo, an teneatur ad reſtitutionem famæ, eo quod accuſatum indirectè de calumnia infamauit? Ad hoc reſpondet Scotus in 4. diſt. 15. dicẽs, ſi reus dum Iuris ordine ſeruato interrogatus

rogatus

Digitized by Google

rogatus non ſolum negat veritatem delicti, ſed etiam dicit accuſantem eſſe calumniatorem,& sibi falſo ex odio impoſuiſſe,tunc non ſolũ peccat mortaliter non fatendo iudici interrogatti ſecundum formam iuris,ſed etiam tenetur accuſanti famam reſtituere. Sed quæritur vltra,quomodo debet illam facere?Dicitur,quòd non debet retractare apud judicem, ſed per alia verba ſobria ſatisfacere, dicendo forſan habuit bonam intentionem,& huiuſmodi. Si autem reus non interrogatur iuris ordine ſeruato, in caſu, quo delictum probari non poteſt,ait D.Th.2.2.q.69.art.1.non tenetur reſpondere,ſed ſubterfugere,nec affirmando,nec negando,ſi vult ſe à peccato præſeruare: & ſi negaret citra iuramentum,ait Sotus quo ſupra,q.10.peccaret venialiter,quia non mentitur perniciosè:& ſi cum iuramento,peccaret mortaliter,nec tenetur ad reſtitutionem famæ, accuſanti, quem indirectè de calumnia negando,notauit, quia nullam iniuſtitiam contra accuſantem in tali caſu cõmiſit,& Sylu. Verbo, Detractio. 3.& Richar.in 4.diſt.15.art.5.q.3.aiunt,ſi accuſans remanet infamatus,ſibi imputet cum propoſuit coram iudice, quod probare non potuit, ipſe enim fuit principalis cauſa ſuæ infamationis. Et ſi vltra quòd negat,accuſantem de calũnia,& falſo punctauit,debet ne illi reſtituere? Reſpondet Caietanus affirmatiuè: vnde in tali caſu alter alteri ſatisfacere debet,ſ.qui non potuit probare verum,dicat ſe iniuſtè infamaſſe,& reus de vero occulto accuſatus,dicat ſe falſo calumniaſſe,quod Sotus vbi ſupra non approbat, quia ſic eſſet ſuum peccatũ confirmare,quod non tenetur:vnde vel per alia verba ſobria fiat,vel per recõpenſationem ad inuicem,alterum alteri remittendo.

Hinc oritur aliud dubium; an quiſque poſſit ſine peccato ſuæ famæ renunciare? Caietanus ait quòd non. Sotus autem quòd ſic:ad hoc breuiter diceremus, qui poteſt ſine peccato ſeipſum infamare, poteſt ſuæ famæ etiam renunciare; quis eſt hic,dictum eſt ſupra in eodem capite. *Dubium 6.* *Caiet.* *Sotus.* *Auctor.*

Sed hic animaduerte quòd ſi accuſans, qui indirectè calumniatus eſt,homo fuerit probatę vitæ,vt his calumnijs non obſtantibus,pro veraci haberetur,aut alia via ſe purgando famam recuperauit,debitor abſolutus eſt à reſtitutione. *Aduerte.*

Poſtremo,non eſt ſilentio prætereundum vnum dubium,ſcilicet,quando dicatur iudicem interrogare reum iuris ordine ſeruato, & quando non? ut inde ſciamus quando reus teneatur veritatem dicere, & quando non. *Dubium 7.*

Reſpondet D. Th. loco ſupra citato,quando de illa re,de qua reus accuſatur præceſſit infamia, vel aliqua expreſſa indicia apparuerint,vel quando præceſſit ſemiplena probatio,tunc iudex ſecundũ formam iuris à reo veritatem exigit,& ex conſequenti reus tenetur veritatem exponere,aliàs peccaret mortaliter,& ratio eſt,quia facit contra debitum iuſtitiæ,per quod ipſe tenetur ſuo ſuperiori in his,ad quæ ius prælationis ſe extendit. Si autem illud,de quo iudex interrogat,eſt occultum,& vna dictarum conditionum ſaltem defecerit, tunc reus non tenetur iudici reſpondere,quia iudex non ſeruat ius ſuę prælationis, Nec dicas per hoc reum debere mentiri negando, ſed ſe præſeruare, nec affirmando,nec negando. *D.Thom.*

Et nota de his tribus conditionibus requiſitis:& primo,non omnis infamia ſufficit ad obligãdum reum iudici obedire,ſed illa infamia requiritur,quæ eſt clamor,ſeu fruquens vox infamiæ certę perſonę de tali delicto apud probos viros, apud quos perſona illa de crimine rationabiliter reddatur ſuſpecta. Dixi (frequens uox,ſeu clamor) quia dicta paucarũ perſonarum non faciũt talẽ infamiã Dixi certæ perſonæ quia frequens vox cuius auctor non dicitur,eſt rumor tñ. Dixi (tali crimine) quia ſi infamia currit de alio,quàm de illo,de quo accuſatur,nõ ſufficit; Ex quo ſequitur,iudicẽ peccare inquirendo de alijs, quã de illis,de quibus reus accuſatur,vt habetur in Decretali extra de accuſationi- *Nota.* *Quæ infamia reqratur in reo,vt iudici obedire teneatur.*

Digitized by Google

bus,cap.inquiſitionis, vbi leguntur hæc verba.Inquiſitio debet fieri ſolummodo ſuper illis,de quibus clamores aliqui præceſſerũt.Dixi (apud probos viros) quia frequens vox multarum leuium perſonarum,non facit infamiam,ſi apud probos, & graues ſit in bona opinione.

Nota. Quæ indicia requirantur.

Nota ſecundo , quantum ad indicia,quòd opus eſt, vt ſint indicia expreſſa, non.n.qualiacunque indicia ſufficiunt,ſed manifeſta,& perfecta:manifeſta dico,vt manifeſtè indicent tale factum,ſcilicet, quòd talis perſona perpetrauit; perfecta,dico,quia ſingularium perſonarum dicta diuerſa,nõ faciunt perfecta indicia. Et dicitur indicia in plurali,quia regulariter vnum indicium non ſufficit:& dico regulariter, quia quandoque vnum ſufficit : & eſt quando eſt vnus teſtis integer,& bonæ famæ omni exceptione maior.

Notabile neceſſarium.

Ideo tertio. Dixi (quando præceſſit ſemiplena probatio)ideſt vnus teſtis ad iudicium vocatus,& productus,vt verè teſtis iuratus,qui integrè,& directè de viſu commiſſionis criminis teſtetur,nulla exceptione repellibilis. Vltimo nota, quòd opus eſt, vt iſta indicia ex proceſſu ſint nota & manifeſta reo, vt ſciat ſe eſſe in tali articulo conſtitutum , & quòd tenetur obedire iudici præcipienti, & extoquenti veritatem;alioquin,cum ipſe reputet ſe eſſe occultũ,& iſta ignoret,talis ignorantia facti excuſaret ipſum ; vnde iudex deberet ei manifeſtare proceſſum,dum extorquet ab eo veritatem,& hæc de reſtitutione famæ.

De reſtitutione circa damnificationem factam in perſona.

ET quia, vt dictum eſt ſupra:ex natura iuſtitiæ cõmutatiuę oritur lex,vt qui damnificatur in bonis,reintegretur per aliquã cõpenſationem: & vita hominis , eaq; quæ ad corpus pertinent, inter bona noſtra,imò magis cõgenita numerẽtur,ideo poſtremò videndũ eſt,qualiter homo teneatur ad reſtitutionem ob dãnificationem in perſonam alicuius;pro quo dicuntur multa.

1 Primo,damnificans alterum in corpore,aut intulit vltimum damnum,ſcilicet mortem , aut aliquod damnum citra mortem, & hoc uel irremediabile,ut truncationem, aut mutilationem membri,uel partem eius;aut remediabile,ut vulnerationem,aut aliam læſionem curabilem:unde dicitur.

Qui percutit ſeruum alterius,tenetur reficere damnum paſſum ſerui domino,ideſt quantum ille ſeruus ſeruire poterat,donec conualuerit , & expenſas factas à domino in medicando.

Pro vulneratione.

Qui uulnerat hominem liberum,tenetur ultra ſatisfactionem iniuriæ illatæ reficere expenſas medicationis factas,& ſi erat perſona pauper,quæ ſudore panẽ acquirebat,aut utilis,quæ arte,aut aliquo officio uiuebat, & lucrifacere poterat,tenetur compenſare quantum lucrifeciſſet,tempore quo malè habuit,& ſi deformitas aliqua, aut cicatrix inde remanſit,non eſt compenſanda,quia nõ eſt pretio æſtimabilis.

Pro mutilatione.

Qui mutilat,aut truncat aliquod membrum, aut partem eius alteri,propter quod ille remanet inhabilis ad laborandum,negotiandum,aut exercendũ artẽ ſuam,puta truncat,aut mutilat manum ſutori,qui amplius non põt artem exercere,aut mutilat brachium laboratori,qui amplius non poteſt laborare,& uictum ſibi acquirere,aut pedem mercatori,& negociatori,qui eũdo amplius negotiari,& de ſibi neceſſariis prouidere non poteſt.Dico notanter manum ſutori,& pedẽ negotiatori,quia ſi pedẽ ſutori,qui poſſet ſedendo ſuere,& manum negotiatori qui poſſet ſine manu ambulando negotiari, non eſſet tãta iactura, & ex conſequẽti tãta obligatio reſtitutionis,ſicut in primo caſu,ubi omni remedio remanet deſtitutus . Dixi (membrum,aut partem eius) puta digitum ei cui:

Digitized by Google

cum maximè digitus deſeruit, puta, amputauit digitũ muſico, ſine quo amplius ſonare non poteſt, qui arte illa uiuebat. in omnibus iſtis, & ſimilibus caſibus, tenetur reficere, ultra expenſas in medicando factas, & placationem, & conſolationem ipſius læſi afflicti perpetuo orbati, totum damnum inde ſecutum ſiue fuerit ad tempus, ſiue perpetuum, ad iudicium prudentis.

Quantum ad reſtitutionem pro uita ablata, eſt maior difficultas, nam ut cõiter ex Doctoribus habetur, quando reſtitutio facienda eſt, ſi res ſecundum ſpeciem reparari non põt, fiat ſecundum quod eſt poſſibilis, ad arbitrium prudentis, & cũ uita, & perſona hominis ſit res, quę eadem in integrum reſtaurari nõ poſſit, ideo difficultas maior eſt huiuſmodi taxationibus, quandoquidem ut in c. fin. de iniuria, & damno dato, nil particularius habetur, quam quod reficiatur damnũ datum; qui ſermones adeo uniuerſales, etſi ſint magis ueri, non tamen ita utiles: unde inſiſtendum eſt particularius circa tria, quantum ad confeſſarios pertinet; primo, an de omni occiſo ſit facienda reſtitutio: ſecundo quanta: tertio quibus hæredibus de neceſſitate fieri debeat. Circa primum, id eſt pro quo occiſo facienda ſit reſtitutio? dicitur; Qui occidit auctoritate publica, aut in bello iuſto, non tenetur pro uita hominis, nec peccat. 9 *Pro uita ablata.* *Pro quo occiſo facienda ſit reſtitutio.*

Qui occidit in bello iniuſto, & cauſam iniuſtitiæ ignorat, non tenetur, ut ſuprà, & hoc non ſolum in communi aggreſſu, quando permixti accedunt, uerũ etiam in ſingulari certamine, ut ait Sotus lib. 5. de iuſt. & iure, q. 7.

Qui inuaſus ſe defendendo alterum occidit, quando aliter euadere non põt, nec peccat, nec ad aliquid tenetur, quia mors illa ſecuta in ſua defenſione non eſt intenta, ſed eſt medium neceſſarium ſuæ euaſionis, & effectus defenſionis, unde illud uulgatum inter Doctores. Vim ui repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ. Dixi (inuaſus) nam ſecundum D. Th. 2. 2. q. 64. non licet ex intentione hoiem occidere auctoritate priuata, id eſt non licet alterũ aggredi prę ueniendo, ad cauendum iniuriam, uel inſultum futurum; puta, uideo inimicũ meum, me aggreſſurũ paratum, nõ debeo eum præuenire, ſ. eum occidẽdo, ante quã me occidat, nec expectare inſultum, ſi poſſum ſubterfugere pugnã, Dico non debeo eum prąuenire, ſi aliter euadere poſſem, nam ſi aliquis inueniretur in aliquo diſtrictu, ubi iudicaretur nõ poſſe euadere niſi prąueniat inimicum, puta aliquis pp inimicitias diuerſatur in aliqua domo incluſus à ſuo inimico, qui iam iã expectat ſocios, aut opportunitatẽ, ut eũ occidat, vñ incluſus nullatenus euadere põt mortem, niſi præueniat inimicum ictu iaculando à feneſtra. *Vim ui repellere licet, quõ intelligendũ.*

Item mulier innoxia iacens in lecto ſimul cum marito, ſciens euidenter eũ ſub ceruicali abdidiſſe gladium, ut illam dormientem iugularet ex cauſa ſuſpitionis, uel malæ informationis, poſſet ne gladium furtim arripere, & maritum interficere, ut ſe præſeruaret, quando eſſet in tali diſtrictu, quod fugere è lecto, & ſe ſaluare aliter non poſſet, quia camera eſt clauſa, uociferare non poteſt, & huiuſmodi? Ait Sotus quo ſupra, & ab eo Nauar. cap. 15. num. 2. non eſt, cur non liceret in his, & ſimilibus caſibus inuaſorẽ præuenire. Vnde ſi in talibus caſib. præueniendo iudicabitur potius defenſio quàm aggreſſus, ideoq; non liceret huiuſmodi condemnare poſt factũ, quamuis talia prædicari non debeãt, & propterea dixi (ſe defendendo.) Dixi quoque (quando aliter euadere non poteſt) nam ſi ſe poſſet defendere ſine inuaſoris morte, nõ liceret; puta quia armis, aut ſocijs eſt magis munitus, vel quia cedere, aut fugere nõ poſſet ſine ſuo magno dedecore, tunc mors inuaſoris non eſſe medium neceſſarium, & effectus ſuæ euaſionis, vt dictum eſt, ſed eſſet homicidium ex intentione, quod non liceret. Et notanter dixi (fugere ſine ſuo dedecore) nam ſi viro eſſet magnum dedecus terga vertere, & ita euadere, tunc pro defenſione honoris ſibi liceret inuaſorem expectare, aut ſe illi obuiam facere, & ſi eſſet in tanto conflictu, quòd niſi

occideret,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

occideret, nõ poſſet euitare alapam, aut fuſtis percuſſionem, poſſet pro ſui honoris defenſione eum interficere: cæteris autem alterius conditionis non liceret ſine mortali. An autem poſt factum liceret fugientem perſequi, & interficere vt acceptam iniuriam à ſe auferat? dicitur, quòd non, quia tunc eſſet ſumere vindictam, quod non liceret ſine mortali, niſi in caſu quãdo iniuria talis eſſet, quòd magnam iacturam honoris pateretur illa nobilis perſona. tunc in eodem conflictu iniuriantem perſequi poſſet, & tantum percutere, quantum opus eſſet honorem recuperare; ſi autem fugiens in tuto ſe poſuerit, aut ſe abſcondit, non licet eum inquirere. Nauar. c. 15. nu. 3. poſt Sotum in loco ſuperius citato.

Dubium pulchrum.

Qui interficit furem de nocte impetentem, ad nihil tenetur, ait Scotus in 4. diſt. 15. q. 4. quia nocturnus præſumitur eſſe homicida, hoc eſt paratus occidere ſibi reſiſtentem, & ideo impunè occidi poſſet, quod non præſumitur de fure diurno, & ideo non poſſe occidi ſecundum eum, ſed ſecundum Sotum lib. 5. de iuſt. & iu. q. 1. art. 5. Nauar. cap. 15. num. 2. & alios dicitur, etiam diurnum poſſe occidi pro defenſione bonorum dico, quando ſine illis viui non poſſit. l. fin. ff. de leg. nam ſi aliquis occideret latrunculum, ſiue alium furem, qui furatus eſt ſibi centum aureos, aut ſimilem quantitatem, reus eſſet homicidij. Nec etiam liceret, quando ſpes certa eſſet recuperandi rem furto ablatam alia via, ſcilicet quando iuridica, aut medio amicorum, & ſimilium: ſi autem eſſet dubia, liberum eſſet domino vti iure ſuo. Sotus quo ſupra. Tempus autẽ, quo liceret hoc facere eſt, dum fur actu furatur, aut dum fugit cum præda, tunc licet eum perſequi, & interficere, vt prædam recuperet, ſi aliter recuperari non poteſt: dum autem fur aliquo ſe receperit, non amplius liceret.

Interficiens furem, an teneatur.
Scotus.
Sotus.
Nauar.
Cap. ſuſcepimus, de homicidio voluntario.

10 Qui dat operam rei, ex qua homicidium caſualiter ſequitur, an teneatur de homicidio?

Pro homicidio caſuali.

Ad hoc dicuntur multa: pro quibus eſt primo aduertendum, vt alicui homicidium caſuale imputetur, tres conditiones requiruntur: prima eſt, vt non ſit intentio occidendi, vbi enim talis intentio eſt, non dicitur caſuale. ſecunda cõditio eſt, vt mors ſequatur ex opere illius, cui imputatur caſuale homicidiũ, tertia eſt, vt ille, cui imputatur, non ſolum poſſit remouere occaſionem, ex qua mors ſequitur, ſed etiam debeat, hoc eſt ſit aliqua lege obligatus ad auferendã illam, quia ſi non tenetur, non eſt, cur ei imputetur tale homicidium. Exemplũ ſi furi petenti à diuite centum aureos, qui ſi non daret, fur cogeretur pro ſua neceſſitate furari, aut occidere aliquem pecunia ductus, ad nihil tenetur diues, nam etſi poterat dare, & homicidium euitare, non tamen tenebatur.

His ſtantibus ſit prima concluſio. Qui dans operam rei licitæ adhibuit debitam diligentiam, & ſollicitudinem in auertendo quod ſequi poſſet, ſi inde poſtea ſequatur mors alicuius, non tenetur pro homicidio.

Exemplum, qui diſcooperiens tectum domus, poſuit ſigna in via, vt trãſeuntes aduerterent; & ſi poſtea aliquis incautus tranſiens occiditur cadẽte lapide, ipſi imputetur, & non diſcooperienti, qui poſito ſigno, non amplius tenebatur videre quis tranſiret. Item milites, qui exercitij cauſa ad ſignum arcu tela dirigunt, facientes debitam diligentiam, quam prudentes facere debent inaduertẽdo, ne aliquis tranſeat, aut retro maneat, ſi caſu aliquem iactu feriunt, ad nihil tenentur, quia dant operam rei ſibi licitæ, hoc eſt profeſſionis eorum. Secunda concluſio. Qui dando operam rei, ſiue licitæ, ſiue illicitæ, non adhibuit debitã ſollicitudinem, & diligentiam, ne alicuius mors, aut noxa ſequeretur, vt in exẽplis datis intelligi poteſt, incidit in pęnam, & culpam homicidij. Hę duę concluſiones ab oĩbus Doctoribus sine diſcrimine ſunt receptæ. Sed de tertia concluſione, ſcilicet, qui dat operam rei illicitæ, & adhibet debitam diligentiam, prudenter aduertendo, quid inde aduenire poſſet, an teneatur de culpa si caſu

2. Concluſio.
3 Concluſionis diſcrimẽ.

inde

Digitized by Google

inde aliquod damnum euenerit, diſcrimen eſt inter Doctores. Sylue. namque Verbo homicidium 2. §. 2. cum D. Thom. ſecunda ſecundę, quæſt. 64. art. 8. tenet indiſtinctè, ſcilicet, quantumcunque diligentiam fecerit tenetur de omni caſu fortuito. Nauar. c. 15. num. 6. tenet oppoſitum dicens, parum refert, an opus, ex qua caſualiter ſecutum eſt damnum ſeu mors alicuius, ſit licitum, necne, dum modo fecerit debitam diligentiam, ne ex illo aliquod malum ſequeretur. Sed Caiet. ſuper D. Tho. loco citato, quem ſequitur Sotus lib. 5. de iuſt. & iur. q. 1. art. 9. reſpondet cum diſtinctione, ſcilicet homicidium caſuale ſecutum ex opere illicito facta diligentia, non habere plus culpæ, quàm fuit in cauſa illicitationis (ut ita dicam) ex qua ſecutum eſt, & ratio huius eſt: quia ſecundum Auguſtinum, omne peccatum in tantum eſt peccatum, inquantum eſt voluntarium, vnde ſequitur merè caſualia cum nulla ratione ſint intenta, non eſſe peccata, ut patet de pollutione nocturna ſine vlla occaſione; & hoc modo patet prima concluſio. Contingit tamen quandoque illud, quod non eſt intentum per ſe, & uoluntarium ex ſe eſſe voluntarium per accidens, inquantum cauſa per accidens dicitur remouere prohibens. *Sylue. D. Thom. Nauar. Caiet. & Sotus melius. Ratio opinionis Auguſt.*

Vnde fit, qui facit aliquid, ex quo poſſet aliquod damnum, ſeu homicidiū probabiliter ſequi, & non remouet ea, ex quibus ſequi poſſet, dum poteſt, & debet remouere, ut dictum eſt ſupra, uidetur quodammodo uelle illud, non per ſe, quia iam dictum eſt, quòd illud non intendit, ſed per accidens, inquantum ſua negligentia, non facit illud, quod facere tenetur, in prohibendo damnum, quod inde ſequitur. hoc autem contingit dupliciter, vel per omiſſionem, ideſt non adhibendo debitam diligentiam in prouidendo, ne damnum ſequatur: & hoc modo eſt clara ſecunda concluſio, uel contingit per commiſſionem, ideſt quando facit aliquod opus, quod facere non debet, ex quo ſequitur damnum, quamuis omnem diligentiam faciat, quia tunc peccatum adſcribitur facienti, non ratione diligentiæ, quia iam fecit illam, ſed ratione operis indebiti, inquantum tenebatur ab illo abſtineri, & non abſtinuit. Ex quo ſequitur, quòd ita erit culpa damni ſecuti, ſicut illud opus, ex quo ſequitur, erit illicitum, ſcilicet ſi opus illicitum erit peccatum veniale, culpa, ex malo inde ſecuto, erit venialis, ſi autem mortale, culpa erit mortalis. Exemplum, clericus equitans ſine neceſſitate, ſi caſu ſupercalcando interficit aliquem, non eſt reus, plus quam culpa veniali, quia illa equitatio ſibi erat peccatum veniale, ut habetur in cap. dilectus, de homicidio, quamuis de irregularitate ſit alia ratio, ut dicetur loco ſuo. Si autem ſine licentia medicando, aut paleſtram exercendo, aliquem ex errore interficeret, adhibita omni diligentia, reus eſſet culpæ mortalis, ratione operis ſibi mortaliter prohibiti. Aliud exemplum de ebrio interficiente alterum. tanta eſt culpa ſecundum D. Thom. ſecund. ſecund. q. 150. artic. 4. in homicidio, quanta eſt in ebrietate: puta, qui ſciens potentiam vini, & non credens inebriari, bibit tamen, & inebriatur, ebrietas in illo eſt peccatum veniale, ſi autem ſciens, & credens inebriari bibendo, bibit tamen, ut inebrietur, peccat mortaliter, & ex conſequenti ita iudicandum eſt de homicidio ex ebrietate ſubſecuto, & ratio eſt: quia regula generalis eſt, vt quando aliquis actus materialiter malus, ideſt ex ſua natura eſt peccatū mortale, ſi non eſt uoluntarius per ſe, ſed in cauſa, iudicandus eſt ſecundum illam cauſam, ut uidebamus in materia de peccatis. Et confirmatur auctoritate Auguſt. dicentis contra Fauſtum: Loth culpandus eſt, non quantū ille inceſtus, ſed quantum ebrietas meruit. Sequendo igitur hanc opinionem, dico pro tertia Cōcluſione: Qui dat operam rei illicitæ veniali, adhibens debitam diligentiam, non peccat plus quam venialiter. Et qui dat operam rei illicitę mortali, adhibens omnem diligentiam, peccat mortaliter, ſi inde homicidium ſequatur, non tamen quantum *Reſolutio. 13 Reſolutio dubij. Auguſt. de Loth. Pro 3. concluſione.*

Digitized by Google

tum homicidia, ſed ſecundum quantitatem cauſæ, quia peccatum eſt in cauſa, vt dictum eſt. Verum ſi illud opus illicitum eſſet via ad homicidium, puta vulnerans aliquem non mortaliter, nec habens intentionē occidendi, & poſtea errore vulnerati, aut medici mors ſequitur, reus eſt homicidij, quia uulnus illud via eſt ad mortem. Caiet. quo ſupra. Hinc ſequitur etiam ſecundum D. Antoninum 3. p. tit. 5. quod qui aggreditur ad faciendum aliquod illicitum, quod eſſet cauſa, incitatio, & occaſio neceſſaria occidendi alium pro homicida habetur, quamuis illud non intendat. Exemplum: qui ingreditur ad aliquam matronam, & inuentus à marito, qui eum occidere vult, neceſſe habet eum occidere, vt mortis periculum euadat, reus eſt homicidij, nec regula ſupradicta ſcilicet, vim ui repellere licet, ſibi ſuffragatur, quia talis ingreſſus via eſt ad homicidium, & ideo præuideri debebat, ait Nau. loco citato, nu. 7.

11 *Pro homicidio voluntario.* *Malefactores occidere non eſt per ſe bonum.* *Homicidium voluntarium ſex modis ꝑpetratur.*

Qui auctoritate propria voluntariè occidit aliquem ſine ſuperioris licētia, etiam ſi occiſus eſſet reus, aut malefactor: quomodocunque hoc faciat, peccat mortaliter, & eſt homicida, & reus homicidij. Dico, (etiam ſi eſſet reus, aut malefactor) quia interfectio malefactorum non eſt per ſe abſolutè bona, ſed quatenus in bonum publicum refertur: ergo illi ſoli incumbit, cui commiſſa eſt cura boni communis, qui eſt princeps, & habens publicam auctoritatem; ceteris autem non licet: quod accidit ſex modis, ſcilicet, facto, præcepto, conſilio, defenſione, permiſſione, & cooperatione, de quibus per ordinem.

Facto. Quantum ad factum, intelligitur ſcienter, nam ſi à domino præcipitur ſeruo, vt poculum veneni porrigat alicui iocoſè, quod ſeruus ignorat, non dicetur homicida, quamuis ipſe facit effectum, ex quo mors ſequitur.

Præcepto. Qui præcipit aliquem occidi, peccat plus quàm mandatarius, & ſi reuocauerit mandatum, quid dicendum? Reſpondetur, ſi dum reuocauit mandatum effectus iam erat ſecutus, tenetur de homicidio, etiam ſi toto animo reuocaſſet, ſed ſi reuocauit antequam effectus ſecutus eſſet, non tenetur, etiam ſi hoc non obſtante, mandatarius poſt reuocationem, effectum exequatur. Sylu. Verb. Homi. 1. §. 2. ſi autem mandat, vt verberet tantum, aut uulneret, præcipiens expreſsè, ne occidat, & nihilominus mandatarius occidit, tenetur de homicidio, quia dedit operam rei illicitæ, quæ erat via ad mortem, ut diximus ſupra cum Caietano.

Conſilio. Quantum ad conſilium, qui conſulit efficaciter homicidium fieri, eo ſecuto tenetur vt principalis, ſi autem reuocauit conſilium, dic, vt ſupra de præcepto quantum ad culpam, quamuis quo ad pœnam irregularitatis ſit differentia, vt infra ſuo loco.

Defenſione. Quantum ad defenſionem qui defendit homicidam ab his, qui uolebant eum impedire, vel retrahere à propoſito occidendi, & qui diſſuadendo retrahit aliquem efficaciter à bono propoſito, quo volebat aliquem à morte liberare, ſi intentio eius erat iniqua, ut ille interficeretur, ſecuta morte, tenetur de culpa.

Permiſſione. Quantum ad permiſſionem; qui permittit homicidium fieri, dum poteſt, & tenetur ex officio prohibere, ne fiat, & non prohibet, ut prætores, officiales, & huiuſmodi, tenetur in ſolidum, ut dicebamus ſupra.

12 *Cooperatione.* Quantum ad cooperatores, homicidium committitur multipliciter: primo, quando oēs ſunt æquales in facto, licet non omnes feriant, uel operentur. ſecundo, ſi non omnes ſunt æquales in facto, tñ aliquo modo adiuuant; tertio, exhibens præſentiam ſuam in aliquo facto aiando, terrendo, uel metū incutiēdo, ſi inde aliquis moriatur: oēs illi culpabiles ſunt, quo uerò ad reſtitutionem hi tenentur, qui efficaciter in facto participauerunt, de quibus ſupra in verbo (participans,) vbi latius de hoc locuti ſumus: quantum ad reliquos prænarratos,

Digitized by Google

res, omnes, qui mortalem culpam pro homicidio incurrunt, etiam reſtitutioni obnoxij ſunt, ad hoc facit l. ſi ex plagijs, per totum, ff. ad legem Aquiliam. Dico omnes illos teneri ad reſtitutionem, qui ex homicidio mortaliter peccant, ſi quidem mors ſecuta fuit iniuſta, non ſolum ex mala intentione, ſed etiam ex ipſo facto, ſeu opere exteriori, vt ait Nauarrus, cap 15 num. 24. quandoquidem miniſter iuſtitiæ, & militans in bello iuſto poſſunt peccare mortaliter, dum occidunt animo iniquo, & odio, & tamen non tenentur ad aliquam reſtitutionem, & quia etſi habeant malam intentionem, opus tamen exterius non eſt tunc iniuſtum.

Expedito primo membro, ſcilicet pro quo occiſo facienda ſit reſtitutio: videndum eſt de ſecundo, ſcilicet quanta reſtitutio erit facienda Et primo: Qui occidit ſeruum alterius debet reſtituere domino, quantum ille ualebat, & expenſas in medicando, ſi quæ factæ ſunt, ac denique idem iudicium de eo faciendum eſt, quod de animalibus proximi, quando offenduntur. 13

Quanta reſtitutio ſit facienda.

Qui hominem liberum iniuſtè occidit, nihil tenetur ſoluere pro vita, quam abſtulit, quia uita hominis non eſt pretio æſtimabilis, l. liber homo, ff. ad legem Aquiliam: ſed tenetur ſatisfacere iniuriæ, & reſarcire damnum, quantum poteſt. Et quidem Scotus in 4. diſtin. 15. quæſt. 3. quem aliqui ſequuntur, dicit ad multa teneri homicidam, quæ certè non omnia ſunt neceſſaria, vt ait Nauar. cap. 15. num. 19. & 20 nec regula generalis ad hoc dari poteſt, ideo difficile eſt iudicare: vnde à D. Tho quantum ad damni reſtitutionem nil particularius habetur, quàm hoc ſcilicet, quòd reſtitutio fiat ad arbitrium prudentis, iudicans nil certius poſſe conſtitui. Quod arbitramentum, ait Richardus in 4. diſt. 15. art. 5. q. 2. fieri debet ſecundum qualitatem offenſi, quantitatem damni, & poſſibilitatem offendentis, quapropter quando, qui occiditur, non ſtatim moritur, ſed in lecto aliquibus diebus medetur, quicunq; ſit ille, ſiue diues, ſiue pauper, ſiue utilis, ſiue inutilis, homicida tenetur propinquis reficere expenſas factas medicis, & medicamenta: quoad reliqua, ſi erat perſona inutilis, uel ſola, vel quia ſine arte, aut officio, ad nihil tenetur pro morte: ſi autẽ erat vtilis arte, aut induſtria domui ſuæ, ait Panormitanus, cap. 1. de iniurijs, col. 1. & Scotus quo ſupra, tantum debere hæredibus occiſi, quantum ille viuens ſuo labore, & arte lucri feciſſet.

Pro vita hominis nihil debetur.
Scotus.
Nauar.
D. Thom.
Richar.

Sed quantum ad ſatisfactionem iniuriæ, in foro animæ D. Tho. nihil de hoc meminit: Scotus autem ad multa obligari dicit, cuius ſententia eſt nimis dura, nec ab alijs aliud tactum inuenimus, quàm de damno temporali dato: verum ſaluberrimum conſilium foret, ut ueniam ab hæredibus, ſi eos habet, peteret, & quantum fieri poteſt, eos placatos redderet.

Quantum ad tertium, & vltimum membrum, ſcilicet quibus hæredibus de neceſſitate reſtitutio facienda ſit. Dicit, ſi occiſus erat homo utilis domui ſuę, quia officio, & induſtria multum lucrabatur, & familiam ſuſtentabat, tenetur hoc damnum reſarcire his hæredibus, qui ita neceſſario ius habent in hæreditate, quòd nequeunt in totum excludi ab hęreditate, ut ſunt filij, & nepotes deſcendentes ex linea recta, pater, & mater, qui ſuccedunt filio ſine liberis: & ratio eſt: quia homo, qui lucrifacit, his tantum neceſſario acquirit. Cæteri autem ab iſtis, qui ſuccedere poſſent ſolum ab inteſtato, qui tamen non ſunt hę redes neceſſarij, ut ſunt fratres, nepotes, collaterales, vxor, cõſobrini, cognati, & huiuſmodi, non ueniunt appellatione talium hæredum, quia non ſunt ita neceſſarij, quia excludi poſſunt, ideo non poſſunt hoc damnum quęrere rigore iuſtitię in cõſcientia: quamuis fratribus, & cognatis, qui ius habent agendi pro iniuria in foro exteriori, aliqua pecunia ſolui ſolet, vt eã remittãt, & ſi occiſus non reliquit filios, ſed tantũ patrem ſenem impotentem, ſoluat patri ſingulis 14

annis

annis dum viuit quinquaginta,& ſi non reliquit niſi vxorem, vel fratres? his nihil tenetur,niſi de iniuria,vt dictum eſt,quia vxor poteſt viuere de fructibus dotis ſuæ,vel tranſire ad ſecunda uota, & fratres nihil intereſſe paſſi ſunt in facto,ſimili modo poteſt in alijs procedi. Si autem occiſus erat homo pauper, qui labore,& ſudore familiam alebat: ait Scotus quo ſupra, homicida tenetur omnes,quos alebat defunctus,nutrire:quem ſequitur Adrianus,quam ſententiam temperat Sotus loco ſupra citato dicens:hanc obligationem nō extendi, niſi ad filios,nepotes orbatos,parentes,& vxorem,dum in viduitate viuit,hos enim tenebatur ſuſtentare,ſi egerent,& ratio eſt, quia homo eſt quoddam bonum non ſolum ſuum,ſed etiam prolis,parentum,& uxoris,& ideo qui hominem gladio ſuſtulit, illis ſuſtulit:cæteros autem, quos alebat ſua liberalitate occiſus,non tenetur homicida ſubuenire,quia illa liberalitas,& charitas occiſi non tranſit in obligationem homicidæ:aliàs teneretur etiam famulis, & amicis,quos defunctus alebat.

15 Dubitatur modo,an qui alium occidit ſeu percuſſit,ſi puniatur à iudice,teneatur etiam ad ſoluendum damnum illarum parti læſæ?

Reſpondetur cum D.Tho.2.2.quæſt.64. art.5. Qui hominem iniuſtè occidit,ſeu percutit,facit iniuriā Deo, Reipublicæ,& parti læſæ: unde tripliciter remanet obligatus,ſcilicet Deo, cui ſatisfacere tenetur per pœnitentiam pro peccato commiſſo.Obligatur quoque parti læſæ,vt dictum eſt ſupra: quia lex naturalis,& diuina præcipit,ut reficiatur damnum parti læſæ, reducendo ad ęqualitatem iuſtitiæ,etiam ſi à iudice reus puniatur,quia illa punitio,quæ irrogatur in vindictam publicam,fit in ſatisfactionem iniurię illatæ Reipublicæ.l. vulneratus,ff.ad legem Aquiliam:ſicut,qui obligatur duobus pro diuerſis cauſis,& rebus,non liberatur ab altero,si vni ſoluit: ita quòd qui publicam pœnam in ſatisfactionem Reipublicæ patitur à iudice,non liberatur à debito priuato,quod debet parti lęſę.

Vnde ſequitur, ſi committens ſuſpenditur, aut decollatur à iudice, hæredes ſuſpenſi, ſeu decollati tenentur reficere damnum illatum à delinquente parti lęſæ,ſicut tenentur ad omnia alia debita ab eo relicta,l.1.Cod.ex delicto defuncti: Niſi parentes, & hæredes defuncti occiſi peterent ſibi ſatisfieri pro omnibus damnis ſibi illatis,per ſuſpenſionem, aut decollationem delinquentis,quia tunc eius hæredes liberantur ab hoc debito:ut ait Nauarrus, cap.15. nu.22.Et quod dictum eſt de hæredibus homicidæ, intelligendum eſt quoque de hęredibus furis,qui ſuſpenditur ob commiſſa furta.

16 Dubitatur ſecundo: & ſi alius innocens inculpetur de homicidio occulto, & multas patiatur expenſas pro ſua defenſione: an homicida teneatur reficere damnum, quod patitur? Dicitur quòd non: ſi quod patitur innocens,non eſt culpa ſua. Sotus quo ſupra. Nec tenetur ſe prodere ut illum abſoluat, ſed ſufficit, ſi per confeſſarium iudicem certificet de innocentia inculpati. Secus ſi excuſando ſe illum indirectè inculparet: aut hoc faceret occultè,animo deliberato nocendi illi, homicidium ei aſcribendo, ex præſumptione inimicitiæ cum occiſo,quia tunc tenetur ad omne damnum ex huius occaſione ſecutum.

17 Dubitatur tertio:an qui percuſsit, aut occidit, & delictum eſt occultum, teneatur ſe prodere,& infamare,ut reſtitutionem faciat?

Dicitur quòd non: ſed illam facere debet per confeſſarium fide dignum,& ſi dubitatur de perſona,aut alia fide digna haberi non poteſt, per quam illam faciat,debet expectare occaſionem, & commoditatem illam faciēdi ſine ſcandalo, & infamia ipſius,quia fama eſt præferenda bonis tēporalibus, tanquam res ſuperioris ordinis,vt dictum eſt ſupra.

Poſtre-

Digitized by Google

Poſtremo dubitatur,an qui offendit aliquem in bonis animæ,ſcilicet inducendo eum ad peccandum, teneatur ad aliquid? 15

Reſpondetur multipliciter. Qui inducit aliquem ad peccandum mortaliter aliqua vi,ut ſolent facere domini ſeruos, & ancillas,tenetur eum liberũ relinquere,& in bonã intentionem reducere. Qui conijcit aliquem in crimen aliqua fraude,ſcilicet decipiendo,& docendo non peccatum, & culpam eſſe,vbi re vera eſt, & ille tali credulitate exercet mala ſub ſpecie boni, puta aliquem modum contrahendi vſuram,aut aliquem actum ſuperſtitioſum,& huiuſmodi credens bene agere, tenetur docere veritatem, & à falſa opinione eum retrahere quantum poteſt.Qui aliquem inducit ad peccandum ſine vi & fraude,ſed ſuadendo, etiam cum pecunia, & inductus ſcit, & cognoſcit illud eſſe peccatum, à quo poteſt exire quando vult, non tenetur de rigore iuſtitiæ, quia ille ſua voluntate libera peccauit, & ideo illi ſoli imputetur, tenetur tamen generali pręcepto correctionis fraternæ,ei ſuadere, ut reſipiſcat.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM MATERIERVM,

Quæ tractantur in hoc ſeptimo capitulo.

1 *PRimo declaratur hoc nomē, Vſura, vnde dicatur, & in noſtro ꝓpoſito quid ſignificet, ac ēt quō vſura in oībus legibus prohibita ſit.*

2 *Definitur, quid ſit vſura, & omnes eius partes declarantur.*

3 *Declaratur quid ſit mutuum, quòd propriè facit vſuram.*

4 *Qui intelligamus per lucrum, in vſura, quid item intelligamus per pactum expreſſum, vel tacitum. in nu. 5.*

6 *Quid dicere velint illa verba vltimo poſita in definitione, ſcilicet (aliàs non debitum.)*

7 *Sex conditiones requiruntur ad faciendum contractum eſſe vſurariū.*

8 *Prima conditio, quæ reddit contractum vſurarium eſt, vt in contractu interueniat aliquo modo mutuum.*

9 *Docetur quomodo ſit contractandum ſine vitio vſuræ, dum mutuantur, granum, vinum, oleum, & his ſimilia.*

10 *Secunda conditio eſt, vt ex mutuo habeatur quędam vtilitas, cum quibuſdam exemplis, vbi tractantur tres modi committendi vſuram, vnus eſt, dum mutuum fit cum damno debitoris, & vtili creditoris, ſecundus eſt, cum lucro creditoris ſine damno debitoris, tertius eſt cum damno debitoris, ſine vtili creditoris.*

11 *Tertia conditio, quæ facit vſuram, eſt, quòd illud vtile quod ex mutuo aduenit, ſit pretio ęſtimabile, aliàs non eſſet vſura.*

12 *Quarta conditio ad conſtituendā vſurā, eſt, vt illud vtile, quod ex mutuo ꝑtenditur, non exigatur rōne alicuius intereſſe, ex cuius declaratione tractatur de multipli intereſſe, ex quorum contemplatione, aliquid plus exigi poterit, occaſione mutui, cum exemplis, & rōnibus.*

13 *Quinta conditio eſt, ꝙ in huiuſmodi interueniat pactum, vel ſaltem principalis intentio habendi aliquod vtile ex occaſione mutui, vt cōtractus poſſit iudicari vſurarius, vbi autem iſta non interueniunt, nō eſt vſura, aliquid ex mutuo accipere.*

14 *Hic tractatur de vſura mentali, vbi reſoluuntur aliqua dubia.*

15 *Sexta conditio dicit, vt illud vtile, quod ex occaſione mutui exigitur, proueniat propriè, ratione mutui, & ratio. alia prætendentia, & ratione legitima.*

26 *Hic reſoluūtur multa dubia circa eos, qui ſuū per viam directā recuperare nō valent, quibus modis illa recuperare poſſint ſine vitio vſuræ.*

CAPI-

CAPITVLVM SEPTIMVM

De Vſura circa mutuum.

VSura ex etymologia vocabuli, dicitur ab vſu, ſicut fœtura, à fœtu, & cultura à cultu. Et ſecundum hanc ſignificationem non eſt nomen vitij; ſed quantum ad propoſitum ſpectat, vſu venit ad ſignificandum particulariter id, quod vſu pecuniæ, mutuatę, & rei conſumptibilis percipitur, & ſecũdum hanc ſignificationem eſt nomen vitij: eſt enim contra naturę ordinem; nummus namque ſecundum ordinẽ naturæ natus eſt acquiri rebus naturalibus, & artificialibus ſcilicet arte, induſtria, ingenio, & ſolertia; quę omnia fieri nõ poſsũt ſine labore, & periculo: ſed quòd vnus aureus generet alium ſine labore, & periculo, ſed tempore ſolo, eſt contra naturæ ordinẽ. Hinc ſapientes huiuſmodi negotiationem, fœnerare, vocauerunt, quaſi fętificare, lucrum enim, quod ex nummo mutuato, ſine labore extrahitur, fœtus eſſe videtur, ideſt nũmus genitus à nummo, & ideo nõ ſolum lege naturæ prohibitum eſt, vt nũc probaui, verum etiam & Diuina, in veteri teſtamento; vt habetur Deuteron. c. 23. vbi præcipitur, nõ fœneraberis fratri tuo, & quamuis ſubiungat, ſed alieno, hoc non eſt intelligendum, quaſi cũ extraneis vſuras cõmittere, eis licitum fuiſſet, ſed illo verbo intelligere voluit, vt à Chananæis vſuras exigerẽt, qui terram promiſſionis iniuſtè detinebant, vt hac uia, & occaſione, quę ſibi debebãtur, quo ad fieri poterat, recuperarent iuxta Canonem. Contra quẽ eſt iuſtũ bellum, eſt quoque ius accipiendi uſuras. Hinc habemus, ꝙ ijs qui aliqua ratione nobis debitores ſunt, & debitum alia uia exigere nõ valemus, vſuras facere poſſumus, verum huiuſmodi propriè vſurę dici non debent, ſed potius illius, quod ſibi debebatur, recuperatio, eo modo, quo fieri poteſt, vt melius inferius declarabitur. Eſt etiam vſura contra legem Euangelicã, Matth. 5. vbi Chriſtus Dominus ſic affatur, Mutuum date, nihil inde ſperantes. Eſt contra Prophetarum monita, iuxta Pſal. Dauid. Quid pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. Eſt quoque prohibita lege Canonica, & Ciuili, quamuis Iuſtinianus Imperator in hoc errauerit, teſte Baldo, & ideo periculosũ eſt Legiſtas de hac meteria cõſulere, ſed Theologos, quibus in huiuſmodi definire cõuenit, vt bene D. T. Antonin. 2. p. t. 1. c. 1. 7. §. 4. & Ant. de Bu. dicat quid velit Ancharanus. Eſt denique prohibita legibus Gentilium unde Plato in lib. de legibus, ſtatuit, vt, quicunque pecuniam ad vſuram mutuaret, lucro, & capitali priuaretur. Marcus Tullius, ſecundo officiorum, & Cato, non parum vſuram, vt rem pernicioſam condemnant. Et certè peccatum pernicioſum eſt, unde Hebręi uocant illam, Morſum; hinc textum Deuter. allegatum legunt. Non fęnore mordebis fratrẽ tuum. Cui Chryſoſtomus alludens, ſuper illud Matth. 5. inquit. Pecunia vſurarij ſimilis eſt morſui aſpidis, qui enim mordetur ab Aſpide, in ſomnum abit, & per ſuauitatem ſoporis, moritur; quia tunc uenenum per omnia membra latẽter decurrit, eodem modo, qui pecunia in ad uſuram accipit, per aliquod tempus quaſi beneficium ſentit, quod ſi ſuper debito ſopore grauatur, tunc uſura per omnes ſuas facultates decurrit, & omnes in debitum conuertit.

Vſura eſt contra ordinem naturæ.

Fœnerare unde dicatur.

Vſura eſt contra omnes leges.

Vſura quomodo Iudæis permittebatur.

Vſura quibus permittatur.

Conſulere Legiſtas de vſura, periculoſum eſt.

Vſura dicitur morſus.

Item uſura dicitur, uorago, ſecundũ Hebraicam interpretationẽ ideſt, deuoratio, unde vſurarij deuoratores uocantur populorum, eo ꝙ eorũ labores comedunt, contra Domini præceptum, qui dicit. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Aſpectus vſurarij hominibus valde odioſus eſt; repręſentat enim Lupi ef-

Vſura dicitur uorago.

Vſurarij aſpectus.

Lupi natura. figiem de quo Ariſtot.cap.7.de Animalibus,ait.Lupus eſt animal quoddam beſtijs aſpectu horribile, & inter cætera voraciſſimum, ita quòd quanto plus comedit tanto plus exurit, deglutiens omnia nil aliud ſibi curæ eſt, niſi vt deprædetur, non ut impleatur. Ita vſurarius aſpectu ſuo debitorem terret, nunquam diuitijs ſatiatur. Vnde Eccleſiaſticus, cap.5. ait. Auarus nunquam impletur,& quanto plus poſſidet,tanto magis deſiderat anima eius:de quo deſiderio,ſic fertur.

Creſcit amor nummi,quantum ipſa pecunia creſcit.

Itaque propter magnam voracitatem,omnia ſimul deglutire vellet,ideſt nõ ſuffert eius animus paulatim lucrari, ſed tẽpore breui omnia bona proximi ad ſe conuertere vellet, vnde propter magnum lucrandi ſtudium, nunquam eius mens quieſcit, dum præda frui ſe credit,morte abripitur, & tunc animæ tormenta initium capiunt.Hinc ait Sapientia cap.2.Exiguum, & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ,& non eſt refugium in fine hominis. Miſerabiles,& infelices Auari,relinquentes veras diuitias,& delicias,quæ gaudium ſine triſtitia,ac ſummam conſolationem afferunt,terrena,& ſenſualia pro ſuis delicijs eligũt, quæ non ſine graui moleſtia acquiruntur, & acquiſita cum ſint, timore poſſidentur. Vnde ſæpe accidit,cum praua voluptate,magnam tribulationem admixtam aduenire,à qua puncti,ac flagellati ſunt,quę pro tunc non ſentiuntur propter nimium amorem,& cupiditatem diuitiarum,in quibus vincti,& detenti ſunt; Quod contemplans Ieremias in eorum perſonis lamentans ait: Inebriauit me abſynthio. Qui abſynthio inebriatur, quamuis quod guſtat amariſſimũ ſit,tamen propter ardentem ſitim,quam patitur,amaritudinem,qua impletur, non ſentit. Ita qui appetit huius mundi uoluptates,eas nimio labore acquirit, ac magna tribulatione,& timore poſſidet; vnde earũ amaritudinem,quam earum amore tolerat, & ſuſtinet,non ſentit, eo quòd inebriatur in illis, propter nimium affectum & ardens deſiderium,quod habet,& patitur:& quandoque, imò ſæpe recto, & iuſto Dei iudicio, non ſolum eorum hæredes mendicant, verum etiam & ipſimet propter aliquod infortunium, quo bona amittunt; vel quia Deus permittit,vt illis uti non poſſint,Quod Eccleſiaſtes conſiderãs cap.5.ait: Vbi multæ ſunt diuitiæ, multi ſunt, & qui comedunt eas, & quid prodeſt poſſeſſori,niſi quòd cernit diuitias oculis ſuis? Et paulò inferius. Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole, diuitiæ conſeruatę in malum Domini ſui,pereunt enim in afflictione peſſima, generauit filium, qui in ſumma egeſtate erit. Item c.6.ait:Eſt & aliud malum, quod vidi ſub ſole, quidem frequens apud homines. Vir,cui dedit Deus, diuitias,ſubſtantiam, & nihil deeſt animæ ſuæ, ex omnibus,quæ deſiderat,nec tribuit ei poteſtatem Deus, ut comedat ex eo,ſed homo extraneus uorabit illud,hoc uanitas, & miſeria magna eſt.Itaque infelix auarus uitam mendicam,ac miſeratione dignam ducit, ac ſi realiter ipſas diuitias nõ poſſideret. Sunt & alij,qui quãto magis in eis acquirendis, vndequaque indirectè laborant, tanto plus in egeſtate inueniuntur,de quibus Prouerb.cap.11.dicitur.Alij diuidunt propria,& ditiores fiunt, alij rapiunt non ſua,& ſemper in egeſtate ſunt.

Auarus inebriatur abſynthio.

Volentes igitur nos tantis malis occurrere, ea intentione, ut ab huiuſmodi auidus vſurarius abſtineat & qui vſuras, & fraudes committere timet, quibus modis, & regulis, licitè negociari valet, ac denique confeſſarij in talibus iudicare valeant, tam in caſibus ſucceſſis,quam ſucceſſuris prouidere poſſint;in hoc cap.de vſura uerba faciemus. Cuius rei materiam ſi plenam, & cõpendioſam habere cupis,ad eius definitionem curras,ea namque exactè conſiderata,ac per omnes eius partes ponderata,quaſcunque difficultates,in ea contingentes,diſſolues.

Eſt igi-

Digitized by Google

Definitio.

Eſt igitur uſura, ſecundum D.Thom. ſecunda ſecundæ, quæſt. 78. artic. 1. lucrum accedens ex mutuo, pacto, vel intentione principali interueniente, aliàs non debitum.

Lucrum ex vſura, quid ſit.

Et ut ſingula uerba intelligãtur; primo aduertendum eſt, ſecundũ eundem, quo ſupra, quòd per lucrum intelligitur omne incrementum, quod accipitur ultra ſortem principalem, pręter intereſſe tamen, ut dicetur. Et per incrementum, omne illud, quod poteſt pecunia ęſtimari. Quod tripliciter eſſe poteſt, ſecundum triplex genus muneris: ſcilicet à manu, à lingua, & ab obſequio. Munus à manu eſt, quando datur aliquod reale, ut pecunia, d onum aliquod, labor corporalis, uel aliqua commoditas, uel ceditur aliquod ius, ſeu actio in recompenſationem, & ſimilia. Munus à lingua eſt, ut procuratio, aduocatio, uel laus, ſed adulatio coram aliquibus, & huiuſmodi. Munus ab obſequio eſt, ut ſociare, biretum leuare, ſeu ſalutare, ad ſcholam adire, uel alios ad illam trahere ex induſtria, ubi eſt concurrentia, uel aliquod aliud beneficium præſtare, in compenſationem ex re mutuata.

Secundo eſt aduertendum, quantum ad illud uerbum (ex mutuo) quòd mutuum non habet locum, niſi in rebus, quæ per ſe diſtrahuntur, ut pecunia, uel conſumuntur, ut granum, vinum, oleum, & ſimilia, quę conſiſtunt in numero, pondere, & menſura: aliæ autem res non dicuntur propriè mutuari, ſed cõmodari, & ſunt, quæ habent vſum diſtinctum à re, ſicut eſt domus, equus, veſtis, liber, & ſimilia. Et dixi notanter (per ſe diſtrahuntur) quia aliquando per accidens poſſunt locari, quod accidit quando locatur pecunia ad oſtentationem, vt dicetur.

Tertio, additum eſt, (pacto, aut principali intentione) vbi enim nõ interuenit pactum expreſſum, vel tacitum ſaltem, ideſt principalis intentio, non habet locum vſura, ſi aliquid daretur, ex contemplatione mutui: quod accidit, quando datur aliquid ex beneuolentia, vel amicitia, uel ſi quandoque deſideratur illud, eſt ex intentione ſecundaria, & minus principali.

Sed hic eſt aduertendum, quantum ad intentionem principalem, quæ facit vſuram mentalem: vt ſciatur, quando eſt propriè intentio principalis, & ex conſequenti, actus vſurarius, prout colligitur ex Nauar. cap. 23. num. 110. Sylueſt. Verbo ſimonia, §. 3. reg. 3. & alijs, quòd finis, propter quem fit aliquid, poteſt eſſe duplex, principaliter ſcilicet intentus, & minus principaliter. Finis principaliter intentus, non eſt ex eo tantum uocatus principalis, quòd eo ceſſante, ceſſet effectus, ut aliqui uoluerunt: nam quandoque accidit, ut homo faciat aliquid, propter aliquem finem, quo ceſſante illud non faceret, & tamen finis ille non eſt cauſa præciſa, & abſoluta, uel ſaltem principalis, ut patet in his qui accedunt ad horas Canonicas propter diſtributiones quotidianas; ſed eſt ille, propter quem fit aliquid principaliter, & immediatè omni alio circumſcripto, & dico, omni alio circumſcripto, ad differentiam finis minus principalis, qui eſt, ut cauſa, ſine qua non; vt patet in exemplo dato, de diſtributionibus quotidianis: quamuis enim, vt ait D.Th. Quodlib. 8. art. 2. diſtributiones ita impellant ad eundem ad horas dicendas, ꝙ ſi non eſſent, fortè non adiret, tamen non accedit ſolummodo, & principaliter propter eas, ſed propter Deum: ita quòd diſtributiones non ſunt cauſa præciſa, & principalis, & immediata, ita ut nil aliud intenderetur quàm dictæ diſtributiones, ſed intenditur aliquod maius, ideſt ſeruitium Dei. In fine autem principaliter intento, non eſt ſic, ſed tota intentio fertur ad illum, ita ut ſi nil aliud moueret ad faciendum aliquid, ille moueret: quę intentio ſic dicta ſufficit ad conſtituendam vſuram mentalem, quæ conſiſtit in ſola ſpe habendi aliquid plus, abſque vlla pactione: & ita intelligitur illud verbũ (principali intẽtione) in definitio-

Digitized by Google

ne poſitum,ut melius inferius in exemplis patebit,in quinto requiſito.

6 Quarto & ultimo,additum eſt,aliàs non debitum, quia ſi aliàs debitum eſſet,quamuis ex occaſione mutui exigeretur,non eſſet uſura,ut in ſexto requiſito dicetur.

7 Ex hac definitione colligitur,ſex requiri ad conſtituendã vſuram. Primum, quod requiritur,eſt,ut interueniat mutuum, ſiue uerum,ſiue interpretatiuum. Secundum eſt,ut interueniat lucrum,ideſt aliquod cõmodum temporale,ſiue conſiſtat in dando, ſiue in faciendo. Tertium eſt,ut hoc lucrum,& commodũ ſit pretio æſtimabile.Quartum eſt,vt hoc lucrum,& commodũ proueniat propriè ex mutuo,non autem ex aliquo intereſſe. Quintum eſt,vt hoc lucrũ proueniat ex mutuo tanquã ex pacto,uel principali intentione. Sexto & vltimo, vt hoc lucrũ nõ debeatur ſibi ex alia cauſa legitima, quia tunc nõ eſſet vſura.

Ex his paucis dictis,peritus diſcernere poſſet inter contractus vſurarios, & non vſurarios,ſcilicet quando concurrunt hæ conditiones, & quando non,ſiue contractus ſint naturales,ſiue ſint legitimi, ſed propter ſimpliciores, ponentur multi caſus examinandi per omnes conditiones.

8 Quantum ad primam conditionem,ſeu primum requiſitum, ſcilicet, ꝙ interueniat mutuũ uerum,uel interpretatiuũ. Et de interpretatiuo dicetur inferius,cum de venditione,& emptione dicemus, quõ in eis uſura cadere queat.

Vbi non interuenit mutuum, vſura cadere nõ poteſt.

Sed quo ad mutuum uerum,patet; quotieſcunque enim accipitur aliquod plus ſorte principali ex mutui contemplatione eſt propriè vſura, contra illud Lucæ cap.16.Mutuum date nihil inde ſperantes. Sed hic ponentur aliqui caſus,qui reddunt animum ambiguum.

Primus caſus eſt.Vtrum ſi aliquis tradat pecuniam ad vſum,quo non diſtrahitur dicta pecunia,ſed ad oſtentationem,ſeu pompã, & inde accipit aliquid, ſit vſura?Dicitur,ꝙ non,quia,etſi pecunia eſt per ſe diſtrahibilis,tamen in tali caſu,eo quòd non diſtrahitur,non dicitur eſſe mutuum, ſed locatio,pro illo tempore,quo utetur ea,D.Tho.2.2.q.78.art.1.ad 6.argum.Sylu.Verbo,vſura, Caiet.Ver.vſura,Abbas in rubr.de vſura.

Secundo quæritur.An aliquis mutuans Nautæ,ſeu cuicunq; perſonæ nauiganti,poterit exigere aliquid ultra ſortem,eo ꝙ ſuſcipit in ſe periculum nauiculæ,vel mercium,quæ per eam feruntur? Hæc conditio pluribus modis fieri poteſt,cum diuerſimodè practicetur.Primo poteſt committi pecunia in ſocietatem,hoc modo,mutuans pecuniam ponet, pro emendis mercibus,& nauta perſonam propriam,pro labore,& faſtidio,& quod lucrabitur,diuidetur. Hæc ſocietas licita erit,ſi pecunia ſubijcietur periculis fortunæ,ſi autem vellet ſuã pecuniam ſaluam in omni malo euentu,ad quem vult nautam teneri,& vltra vult medietatem lucri,vſura eſſet:Secundo poteſt tradi pecunia pro valore medietatis nauiculæ,loco pretij,& lucrifacere medietatem illius, quod nauicula lucrabitur,cum pacto ſubijciendi ſe periculis nauiculæ: hoc etiam modo licebit,ſi nauigatio erit lõgi itineris,ubi timetur de periculis naufragij, & piratarum,etiam ſi peracta nauigatione poſt primum redditum repeteret ſuam pecuniam,ideſt retrouenderet partem nauiculæ: ſi autem nauigationis iter, & ſpatium eſſet breue,vbi probabiliter nullum periculum timeri poſſet, cõditio nõ eſſet licita,ſi ſtatim facta una,uel duabus nauigationibus, pecuniã repeteret, eſſet enim uelle lucrari ſine aliquo periculo ſuę pecuniæ,quod non licet, ſed potius eſſet ſpecies mutui, niſi continuaret nauigationes per plures menſes, ſtando ſemper pro parte ſua,tunc licebit;eſt.n.hoc modo uera emptio medietatis nauiculæ,per quam lucratur. Tertio hęc conditio aliter fieri poteſt,ſcilicet dabit nautæ centũ aureos,vt ex eis merces emat, pro quibus reſeruat ſibi tantum lucri determinatũ, ſiue Nauta lucretur, ſiue non;tunc ſi dictam pecuniã pericu-

Societas quãdo ſit licita.

Digitized by Google

periculis,quæ currere poſſent,exponat,vſura non erit;poſſet tamen eſſe peccatum iniuſtitiæ in taxando lucrum, quod ſibi reſeruat:multa eſſent conſideranda,incertitudo,periculũ aliquod,ſi currere poſſet,labores,& huiuſmodi,vt dicetur in materia de intereſſe lucri ceſſantis ex quibus dependet iuſtitia contractus. Si autem pecuniam ſuam,periculis ſubiectam eſſe nolit, quidq́d propter eam exigit,reſtituere tenetur,tanquam vſura acceptum:habet enim talis pecuniæ traditio,ſpeciem mutui.Quarto poteſt aliter practicari,ſcilicet,qui accipit pecuniã,nõ habet nauiculã,nec in huiuſmodi negotijs, & mercaturus ſe immiſcet,ſed illam accipit ſuper periculo alterius nauræ.Verbi gratia.Marcellus indigens numinis,nec habens qui ſibi mutuet, mercatorem rogat: accommoda mihi tantam pecuniam, quantum ualet Petri nauicula,quæ Panormum, vel Venetias nunc nauigatura eſt, cum hac conditione,ſi illam ſalua reuertitur:in eius regreſſu dictam pecuniam tibi reſtituam, & vltra quantum lucrata fuerit pro naulo illius nauigationis:ſi autẽ naufragium paſſa fuerit,aut quomodocunque perierit, pecunia mihi præſtita, pro te amiſſa ſit, vt tenear illam reſtituere: Hæc conditio licita erit propter periculum in ſe ſuſceptum; parum enim refert,ſi fundamentum, ſuper quo pecunia exponitur, ſit ſuum an alterius,dummodo tradẽs pecuniam ſtet periculo amittendi totum capitale, ſicut lucrandi.Itẽ tradens pecuniã Mulioni,ut ad nũdinas eas,merces emendi cauſa; ſi eum ad reſtituenda integram pecuniam obligauerit, aliquo ſibi pro lucro accepto, vſuram committet, & illud reſtituere debet: ſi autem periculis incidentibus pecuniam ſubmittet, mulionem in hoc non obligando, licitè illud ſibi retinebit. Item ſi aliquis mulio nobilem rogauerit, dicens: accomoda mihi equũ, vel decem aureos, ut adeam ad hædos emendos, pro quo ſeruitio, vnum hædum tibi donabo.Dico, pro equo licebit, hędum accipere, quia vſus equi locari,& vendi poteſt, pro nummis autem mutuatis non licebit.Et ſi dominus pecuniæ diceret da mihi unum hędum pro munere, & quidquid lucratus fueris,ſit tuum,& ſi pecunia perierit,mihi pereat,tunc licebit, ſi veriſimiliter aliquod periculum curret,etiam ſi nil aliud lucraretur, quia poſſet lucrari multum,& totum ſibi cederet.

Tertio quæritur,ſi homo habens par boum, illos Agricolę tradiderit, ut de eorum labore medietatem, aut tantum determinatum aſſignet, cum hoc pacto, ſi aliquis Bos perierit, Agricolæ pereat erit ne licitum? Reſpondetur. Si dominus boum agricolam obligat, vt teneatur pro quocunque caſu fortuito, pactum iniuſtum erit; ſi ad id ſolum,quod culpa ſua euenerit iuſtum erit;quia labor boum pretio locari licet; niſi pluſquam labor boum meretur, acciperet, eſſet enim iniuſtitia. Et ſi agricola egeret pecunia,nec habens,qui ſibi mutuaret, tringinta aureos ab aliquo pereret, quantum uelet par boum; à quo fateatur conduxiſſe boues, & non accepiſſe pecuniam; pro quibus promitteret ſingulis annis dare, quantum pro labore iugę boum conductorum dari ſolet, erit ne licitum? Dicitur quòd non. Boues enim in pecunia uiuentes nunquam mori poſſunt,nec expenſis indigent.Et quid aliud eſſet, quam mutuum bobus coopertum,& uſura palliata?

Quarto,an habens pecuniam, quam timet in futurum minorati,poſſit eam alicui mutuare ſine uſuræ uitio,cum pacto,ut reddatur ſecundum eundem ualorem,qui traditur? Reſpondetur, quòd ſic; si recipiens illam habet tempus expendendi illam, eodem ualore, quia tunc in nullo fraudatur, nec mutuans accipit aliquid ultra ſortem principalem:ſecus ſi mutuatarius non potuit eam expendere tunc eodem valore, vel quia illud ignorans, fuit deceptus vel ſi ſciebat,neceſſitate ductus,illud fecit. Sylueſt.Ver. vſur.1.§.15.Si quæris, quid intelligo per ſortem principalem Reſpondeo, quantum ad propoſitũ ſpe

Sors principalis, quid. ctat, ſors principalis dicitur ſubſtantia ipſa mutua, quæ alio nomine dicitur capitale.

Quinto quęritur, quid ſi detur granum ad renouandum? Dicitur quòd licitum eſt, ſi intenditur tantum euitatio damni ſui, ſine alterius damno: ſi autem intenditur lucrum, puta quia granum erat putrefactum, aut ſperabat illud in futurum plus ualiturum, & ipſe non erat ſeruaturus, nec erat aptum ſeruari; tūnc non liceret. Idem ſentiendum eſt de alijs mercibus, quæ ſolent marceſcere.

9 Sexto quęritur, vtrum ſit vſura, tradere rem, pro re abſolutè, puta granum pro grano, vinum, oleum, & ſimilia, in ſimili pondere, numero, & menſura, pro tempore recipiendam? Exempli gratia Marcellus commodat Petro metras decem olei, eas recepturus, vel pretium eius ad libitum ſuum, pro tali tempore. Hoc item intellige de vino, tritico, & alijs. Ad hoc dico multa. Et primo: ſi tempore reſtitutionis rei, aut eius pretij, veriſimiliter iudicabitur, rem illam poſſe ita minus valere, ſicut & plus, non eſt vſura, etiam ſi tempore reſtitutionis accipit rem meliorem quo ad æſtimationem; quia ſi minus valeret, teneretur ſimiliter illam accipere. Hęc autem regula, ſimpliciter negotiando, valet in omni genere bonorum, quæ vſu conſumuntur, vt ſæpe à me habuiſti, ſiue ſint apta conſeruari, ſiue non. Verum quia paucæ ſunt illæ merces, quæ non habeant aliquod determinatum tempus, in quo plus, aliis temporibus anni, valere ſolent, & pauci, vel nulli ſunt, qui mutuāt huiuſmodi merces, quo earum pretia ſunt in ſummo: nemo enim charitate, ſed lucri ſpe mutuat. Hinc fraus quandoque oritur in huiuſmodi mutuationibus, vt in exemplis percipietis. Ideo aliter dicamus: Si autem veriſimiliter iudicaretur, tempore reſtitutionis, ſeu ſolutionis pretij, rem plus valituram: tunc diſtinguo: aut creditor tunc, cum rem commodauit, erat illā ſeruaturus, ut carius illam venderet tempore debito, & illas res duratura, & non marceſcibilis; ac etiam debitori non aufertur libertas reſtituendi, aut à debito ſe abſoluendi, quando voluerit, dico, quòd concurrentibus his tribus conditionibus, licitum erit accipere rem meliorem, quo ad ęſtimationem, vel illud plus pretij, quod ualebit res, tempore ſolutionis, dummodo reſtituatur in æquali pondere, & menſura Exemplum ualde accōmodatū de oleo, quod eſt res apta conſeruari ſine periculo corruptionis, vt communiter practicatur in prouincia terrę Bari. Qui emit oleum menſe Decembris, vt poſtea vendat illud menſe Auguſti, aut Septembris: quando deſignauit illud vendere, tunc tuta conſcientia exigere poteſt illud plus pretij, quod valebit tempore, quod debitorē requiſiuit: dummodo ſemel facto pretio, amplius non varietur; in caſu quo olei pretia augerētur, ante ſolutionem debiti, prętēdens illud plus, ſub prętextu intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis, vt diabolus aliquibus animabus damnatis perſuaſit quandoque. qui facta requiſitione, pretij vna vice, quęrabant illud augmentum, quod vocant, quanti plurimum, hoc enim ſecundum pretium iniuſtiſſimum eſt. Primo illi decipiunt; nam facto pretio prima vice, oleum iam venūdatum eſt, & conuerſum in pecuniam, itaq; debitor non amplius tenetur ad oleum dandum, ſed ad ſoluendam pecuniā; quomodo igitur facis iterum pretium olei? & oleum iterum vendis? Dices, eo quòd non cito ſoluit; cui replico, ſi non cito ſoluit, tenetur ad intereſſe, pro pecunia non ſoluta tempore, quo tenebatur, & non pro oleo, quia non amplius pro olieo tenetur, cur igitur facis iterum mentionem de oleo? Vbi fundatur hæc olei ſecunda venditio? idest pretium ſecundū, quod de oleo facis? Ergo ſi de pecunia non ſtatim ſoluta, intereſſe quęris, moneo te, ꝙ ad id liquidandū, multæ circūſtantiæ, & conditiones cōcurrere debent, vt illud tuta conſcientia exigere poſſis, de quibus inferius, eodem cap. dicā. Opus eſt etiam, ad quærendum pretiū

primo

primo factum, de re commodata, ut non fiat alteratio, & uarietas in qualitate rei mutuatæ, nec in loco conſignationis, nec etiam in menſura, dum res in propria ſpecie reſtituenda eſt, uel pretium eius. Dixi (uarietates qualitatis) nam ſi mutuauit oleũ recens, ſeu muſtum; deinde in caſu reſtitutionis uellet oleũ clarum, & limpidum, aut pretium eius eſſet magna fraus, & deceptio, habet enim oleum multum murcam: propter quod multo minus ualet: nec ſufficit dicere, quòd contemplatione illius murcæ, minuit aliquid de pretio exigendo, nunquàm enim talis minoratio ad iuſtum deueniet. Ideo aduertant cõfeſſores, qui enim tali modo mutuare conſueuit, non eſt ſine animo corrupto, ut proximũ decipiat. Dixi etiam (in loco conſignationis) qui enim mutuat oleum Vigilijs, ubi uenditur infimo pretio, deinde Bari illud conſignari uellet, ubi mercatorũ concurſu ſemper ualet plus, eſſet fraus manifeſta. Dixi denique (nec etiam in menſura) qui enim mutuat oleum Melficti, ubi menſura eſt manca: deinde illud vellet conſignari Vigiliis, vbi eſt maior, quis dubitat, quòd iniuſtitiã committit? Et tamen a non habentibus cõſcientiã, ita practicatur. Reſtituenda eſt igitur res mutuata, ſiue ſit oleum, ſiue triticum, vel ſimile eiuſdem qualitatis, & bonitatis in eadem menſura, eodem loco, vbi mutuata fuit. Et ſi vellet pretium ipſius, quid agendum? (Hic aduerte aliam mercatorum aſtutiam, ac eorum, qui mutuare ſolent.) oportet, vt pretium fiat ſine fraude, ſcilicet vt eligatur communis vox. Dico (pretium ſine fraude) quandoque in foro currere ſolent pretia fraudulenta, à mercatoribus procurata, & intenta, qui pro eorum idolo pecuniam elegerunt: nec aliam gloriam, & beatitudinem quærunt, quã mundi huius: iſti enim quando rerum mutuatarum pretia ad terminum, quem deſiderant, aſcendere non poſſunt; faciunt conuenticula quædam, pretium ex induſtria alterando, ſcilicet, emendo quandam paruam quantitatem olei plus iuſto pretio currenti, ex quo venditores ſuſpicionem ſumunt alicuius penuriæ: inde pretia in foro augentur, quibus peractis, ipſi tunc eligunt pretium, ſeu vocem, vt dicunt, rerum, quæ mutuauerunt.

Confeſſorum admonitio.

Aduerte aſtutiam mercatorum.

Sed hic ſtatim dubium inſurgit. ſi alius, qui hanc fraudem ignorat, eligit pretium rei mutuatæ, vt cæteri faciunt, ad quid teneatur? Dico, ꝙ excuſatur, dum bona fide tali ignorantia laborat, tenetur tamen illud plus reſtituere, quod auctum eſt, occaſione talis fraudis, dum fraudem cognouerit: illi autem qui fuerunt cauſa tanti mali, tenentur ad omne damnum per eos cauſatum.

Dubium.

Et ſi oleũ, triticum, vinum, vel ſimilia, tempore repẽtino, aſcenderent ad pretium exceſſiuum, vltra omnem rationem, licebit ne mutuantibus illud pretiũ ſibi eligere? Reſpondetur. Si talis exceſſiua pretij alteratio à fortuna ortum habuerit, ſcilicet timore belli, aut meſſium, & vindemiæ defectu, & ſimilium; tũc licebit. Si autem ob mercatorum conuenticula, & coniurationes, aut Baronum delicta, facientium in eorum terris iniuſta pretia, aut ob variationem monetarum ad tempus, aut ob malam ſuperiorũ gubernationem: vt accideret, dum fierent pragmaticæ iniuſtæ, aut ſequeſtrarentur frumenta pro Regia Curia: propter quod habentes frumenta anni præteriti, ea abſconderent; vnde cum triticum liberè uendi non poſſet; pretium eius aſcenderet ultra rationis debitũ, tunc non debent eligi huiuſmodi pretia irrationabilia, ſed moderata, ad iudicium boni viri, ideſt quanti venderentur, ſine talibus occaſionibus Dico etiam (vt eligatur vox communis) in hoc enim quoque magna fraus committi poteſt: ſæpe namque accidit, vt qui putat euitare Charybdim, incidat in Scyllã, ideſt qui timet eligere bis pretium, ſeu uocem, propter ſtimulum conſcientiæ, rationibus iam dictis, & aliis Doctorum, qui tales condemnauerunt; nullum pretium faciunt, ſeu uocem eligunt, ſed expectant, ut uideant ad quantum

Dubium.

Fraus in pretio eligendo.

Digitized by Google

aſcendere poteſt pretium talium rerum à ſe mutuatarum; deinde cum agnoſcant, non amplius aſcendere poſſe; incipiunt enim iam noua olea, ant frumenta colligi, & propter eorum abundantiam incipiunt pretia uileſcere: tunc creditores admonent ſuos debitores, eligendo ſibi pretium altius, quo uenditæ fuerunt res illius ſpeciei, diebus, & hebdomadibus elapſis, quod ideo faciunt, ne triſtitiam ſentiant, ſi pretio ſemel electo rei mutuatæ, altius irent pretia ſimilium rerum: quæ pretia poſtea ſibi eligere non liceret. Igitur ſtandum eſt communi, & legitimo pretio: idest primo eligendū eſt tempus, in quo determinet res ſuas uendere, ſitq; aut dies, aut hebdomada determinata, & ſi in illa res fuerint uēditæ diuerſis pretijs; puta in una die, uel hebdomada, fuerunt uenditæ decem onera olei ad rationem decem ducatorum pro onere: uiginti ad rationem duodecim ducatorum pro quolibet onere, & quinque ad rationem quatuordecim ducatorum: non liceret eligere ſibi pretium altius, quod cucurrit, ſcilicet quatuordecim aureorum, ſicut nec infimum ſcilicet decem aureorum, ſed duodecim; tum quia eſt pretium mediocre, tum etiam rationabilius, quia maior quantitas olei uendita eſt dicto pretio. Et ſi non eligit diem, uel hebdomadam, ſed totum menſem determinatum; tamen tenetur eligere pretium, quod pro maiori parte illius menſis cucurrit; & hoc ſufficit, quo ad oleū, quod eſt eiuſdem perfectionis, & bonitatis, in omnibus, ſed quo ad frumenta (cuius pretia uariantur, non ſolum ratione temporum, ut de oleo dixi, uerum etiam ratione bonitatis, & malitiæ) non eſſet iuſtum, eligere pretium alicuius frumenti optimi, quod excedit ſua bonitate rationem communem pretii: ſicut neque ſtandum eſt, pretio frumenti putridi, quod ſua malitia, minus ordinario ualet, ſed pretio frumenti communiter boni, prout in foro communiter uenditur. Et quod de oleo, & frumento dicitur, intelligendum eſt, de omni alia quoque re ſimili.

Notandum. Sed hic eſt ualde notandum, quòd hęc, quæ dicta ſunt, uera ſunt regulariter; nam opus eſt etiam attendere ad conditionem loci, ubi fit electio pretij, quādo de re mutuata, quęritur pretium, & non res, in ſua ſpecie, & ultra ad quantitatem rei mutuatæ, quæ ſic uenditur. Qui enim mutuauit ducenta onera olei, in ciuitate Vigiliarum, uel Melficti, nō poteſt tuta conſcientia eligere pretiū, quod currit in alijs oleis, per unum, uel duos dies, imò nec per unam hebdomadam; quia in talibus non ſolent uendi tot onera olei in tam breui tempore: unde non eſt poſſibile, ut ille, qui eligit pretium olei mutuati, quòd uendidiſſet totum oleum tali pretio, ſi non mutuaſſet, & multo minus, ſi ſunt plures, ad faciendum electionem pretij, hoc modo. Vnde eorum intentio magis eos condemnat, quia non charitate mutuant, ſed hoc fine, ſcilicet ut una die, uendant omnia ſua olea, uno pretio: Sed Bari, ubi propter mercatorum reſidentiam, uerifimile eſt, ut in die mercati poſſint uendi tot onera olei, uel plus, hæc negotiatio licita eſſet. Et quod dico de oleo Bari, ita dico de frumento in terra Baroli, ubi frumenti negotiatio fit in magna quantitate, ſed in alijs oppidis, non poſſibile, una die poſſe uendi tot millia frumenti menſurarum: & ideo eligere pretium, quod currit in foro uno, uel duobus diebus, ubi ſunt uenditæ non plus quàm centum menſuræ frumenti, nec plus uendi poſſe aptus eſt locus, & pro tali pretio uendere tot frumenta mutuata, non eſt totum in conſcientia; ſed nil mirum ſi hæc faciunt, qui ſine ſcala in cęlum aſcendere uolunt.

Qui ergo contrarium faciet eorum, quæ dixi, ut uſurarius habebitur: & reſtitutioni tenebitur, de toto ſuperfluo, quod à debitore exigit, ut colligimus ex uiris Doctoribus, & ſanctis Patribus.

Et quoniam auari nunquam implētur in omni eorum actione, callidè procedunt:

cedunt:

Digitized by Google

cédunt: vnde aſpicientes, quòd aliquando facto pretio de oleo, vel frumento mutuato, pretia adhuc aſcendere ſolent ad id, quod non credebant, ipſi autem timore conſcientiæ, aut potius alicuius ignominiæ, non potentes pretium alterare, vt ſupra probauimus, nec valentes coniecturare, quando pretia ſunt altiora; nunquam de pretio conſtituendo mentionem faciunt; ſed tempus ſub ſilentio, & ſine ſtabilitione alicuius diei, vel hebdomadæ tranſeunt, vt ſupra dixi; Vt autem vident, quòd pretia altius ire non poſſunt, tunc oleum, aut frumentum altiori pretio, quo toto tempore præterito venundatum eſt, vt ſibi ſoluatur, ſtatuunt, abſque vlla requiſitione, aut pretij, ſeu uocis electione, nec in verbis, nec inſcriptis de re mutuata: quod nec Diabolus calliditatis, & malitiæ pater cogitare nouit. Et in hoc caſu dico, quòd de rigore iuſtitiæ, nec illud pretium commune, ante declaratum, quæri poteſt, eo quòd nunquam debitorem requiſiuit, nec tempus pro uenditione rei mutuatæ, ſibi determinauit, ſed quod currit tempore, quo debitorem monet, & ad ſoluendum hortatur.

Redeundo, vnde digreſſi ſumus. Si dominus rei mutuatæ illam conſeruandi animum non habebat, ſed potius vendere decreuerat, aut vt ſe à faſtidio, & cura, quæ in conſeruando, exigitur, abſolueret: aut defectu loci non apti, ad eam conſeruandam, ſi de ſe apta conſeruari erat; ſed hac ſola intentione mutuat, ſcilicet, vt à faſtidio ſe abſoluat: tenetur poſtea, dum illam repetit, aut eius pretium quærit, tantum de pretio demere, quantum æſtimari poteſt illud faſtidium, & cura conſeruandi. Si autem conſeruari apta non erant, & ideo illa alienare curabat, vnde hilari animo illa mutuauit, ut à periculo ſe liberaret, & à faſtidio abſolueret, omnibus iſtis mutuatarium onerando; tunc ſine dubio vſura eſſet, tempore reſtitutionis rem meliorem accipere: aut plus pretii, quàm res valebat tempore, quo fuit mutuata, exigere. Et pro maiori intelligentia huius conditionis, negotiationis affertur exemplum valde accommodatum. Qui emit uinum tempore uindemiarum, ut poſtea vendat illud, de menſe Auguſti, quando veriſimiliter plus ualere ſolet: ſi mutuaſſet illud, de menſe Ianuarii, aut Februarij, quia timebat, illud non duraturum: aut quia illud conſeruaturus non erat, cum pacto, ut reddatur menſe Auguſti uinum optimum, aut pretium eius ſecundum quòd tunc ualiturum eſt, vſuram committeret. Et ſi erat ſeruaturus illud, quia optimum apparebat, adhuc vſuram committeret, quia à tempore conſignationis, vſque ad tempus exactionis, poteſt incurrere multa pericula, poteſt enim effluere, uel acidum fieri, uel lentum, & huiuſmodi, in quo caſu: cum hæc omnia, quæ ſtare deberent periculo mutuantis, ſtent periculo mutuarij, contractum reddunt illicitum, poſſet tamen contractus ille iuſtificari, ſi tot pericula, & labores, quæ currere poſſet, deducerentur, vt melius inferius dicetur. Vſuram quoque committeret, ſi mutuans, mutuaret, cum pacto, ut mutuatarius non poſſet ſe abſoluere à debito, quando uoluerit, etiam ſi erat ſeruatus rem mutuatam. Pro his uide Syluestrum Verbo, Vſura 2. Sotum lib. ſexto, de iuſtitia, & iure, quæſtio. 1. artic. 2. Ex his dictis in exemplis datis prudens iudicare poteſt in ſimilibus. Examinata hac prima conditione, per varios caſus, deciſos, facilè in alijs definiri ualet, quæ circa hanc primam accidere poſſunt, vt homo timens Deum, in ſimilibus negotijs operam nauando, ab hac peſte vſurę pręſeruari poſſit: & omne deſiderium mali quęſtus omittere ſciat, recta intentione, ac iuſtitiæ ſtatera ambulando: ne forte claudicans in partem ſiniſtram, Deum offendat; qui præcipit, ut proximo in ſuis neceſſitatibus ſubueniatur: bona enim temporalia, non ideo nobis affluenter donat, vt nobis ſolis uiuamus; ſed ut ex illis & proximum ſubueniamus, ſine tamen

fraude.

Digitized by Google

fraude. Hinc ait Deuter. cap.15. Ne auertas oculos tuos à paupere fratre tuo, nolens ei, quod poſtulat mutuum commodare, ne clamet contra te ad Dominum, & fiat tibi in peccatum; ſed dabis ei; nec ages quippiam calidè in eius neceſſitatibus ſubleuandis, vt benefaciat tibi Dominus Deus tuus, omni tempore.

Secunda conditio, ſeu requiſitum eſt, vt interueniat aliquod lucrum, ſeu commodum temporale conſiſtens in dando, vel faciendo. Hoc commodum, ſeu lucrum poteſt eſſe tripliciter.

Triplex lucrum poteſt interuenire in cauſa.

Primo poteſt eſſe lucrum ex parte mutuantis, & damnum ex parte mutuatarij; Exemplum, qui mutuat centum aureos non in pecunia numerata, ſed exigendos ab aliquo debitore, à quo non poſſunt exigi ſine difficultate, labore, & expenſis; vſuram committit, quia mutuans inde ſentit beneficium pecunia æſtimabile, & mutuatarius vltra expenſas, quas facit grauatur laboribus ad recuperandum eos, quos poſtea in integrum creditori reſtituere tenebitur.

Item qui mutuat oleum, vinum, triticum & ſimilia, aut nummos in vno loco, cum pacto expreſſo, vel tacito, vt ſibi reſtituantur in alio loco, etiam, in eodem numero, & menſura: vſuram committit, quia mutuatarius grauatur vectura, niſi deducerentur expenſæ, vel cambia. Item qui mutuat vindemiatoribus, aut meſſoribus, aut ſimilibus cum pacto, vt teneantur præſtare labores, & opera tempore vindemiarum, & meſſium pro pretio determinato minori quam communiter currit, vſuram committit, quia vltra obligationem operarij fraudantur pretio iuſto operarum.

Secundo poteſt eſſe lucrum ex parte mutuantis, ſine damno mutuatarij, vt patere poteſt in exemplo dato de operariis, quando mutuaret cum pacto, ut tenerentur vindemiare, aut metere non pretio determinato, ſed currenti, ſicut ab alijs ſolueretur: Vſura eſt ratione obligationis, quæ eſt pretio æſtimabilis. ſi autem ſtatueretur tanto maius pretium, quanta eſt illa obligatio, liceret ait Sotus loco citato. Sed ſi pecunia daretur in contemplatione operarum anticipando partem ſalarij pro arrha, vt fieri ſolet cum meſſoribus in Apulia, non eſſet uſura, quia illud non eſt mutuare, ut putat Sotus, quo ſupra, ſed locare operas; dummodo non fiat in fraudem operantium, ob anticipationem arrhæ, puta quando æſtimatio futura operarum eſſet incerta, & conducens operarios poneretur in tuto, tunc enim eſſet iniuſtitia. Scotus in 4. diſtin. 15. Aliud exemplum, Qui mutuat cum pacto, ut mutuatarius teneatur tempore uindemiæ uendere ſibi uinum pretio currenti, prout alijs uendi ſolet, uſuram committit ratione obligationis: ſecus ſi daret pro pretio uini, ut dictum eſt, & in omni caſu ſimili attendendum eſt, ſi illa anticipata pecunia datur pro arrha, an pro mutuo. Nauar. cap. 17. num. 221. Item ſi quis mutuat cum pacto expreſſo, uel tacito, ut mutuatarius uadat ad ſuum molendinum, furnum, apothecam, & ſimilia, uſuram committit, etiam ſi mutuatarius in nullo grauaretur, & hoc ratione obligationis, & in talibus caſibus mutuans non tenetur ad reſtitutionem, niſi quantum illi ex hac obligatione damnificati ſunt ad iudicium boni uiri, & ſi non ſunt damnificati, debent ab illa obligatione liberari, Syluest. & Nauar. quibus ſupra.

Item, ſi quis gabellota mutuaret mercatori cum hoc pacto, ut ad nundinas iret, & emeret merces, & eas deduceret ad patriã, ut ex illis poſſit iuſtè exigere gabellas, & lucrifacere, uſuram committeret, quia mercatores priuantur libertate, quæ eſt pretio æſtimabilis. Item, qui mutuat cũ pacto, ut ſibi remutuetur, uſuram committit, quia illa obligatio eſt pecunia æſtimabilis, & quãuis mutuatarius ob beneficium receptum remaneat obligatus ad ſimile obligatione,

& lege

Digitized by Google

& lege naturali adiuncto pacto efficitur ciuilis, ideo, & cætera. Sylu. Verbo, Vſura.1. Nau. quo ſupra D. Th. & omnes.

An liceret pactum facere, vt de præſenti remutuare tenearis aliam rem, puta mutuo tibi oleum, vt tu mutues mihi vinum. Reſpondet D. Thom. ſecunda, ſecundæ, quæſt. 78. artic. 2. licet ſimul mutuanti vnum, aliquod aliud mutuum recipere, non autem licet eum obligare, quod eſt dictum, mutuationes de præſenti, ſcilicet tu mihi & ego tibi mutuo gratuito fieri licet, in pactum reducere non licet. Item domini, qui colonis pecuniam, aut frumentum mutuant, cum pacto expreſſo, vel tacito, vt prædia eorum, aut fundos auctiori pretio ab illis conducant, quam communiter ab alijs inueniretur, vſuram committunt: ſecus ſi tanti conducerent, quanti ab alijs conditio, & vſus prædiorum æſtimaretur. Sotus quo ſupra. Quæritur, an mutuare communitati cum pacto, vt non teneatur ſoluere collectas, ſit vſura? Dicitur quod ſic, ſi collectæ ſunt iuſtæ, ſecus ſi eſſent iniuſtæ, quia tunc eſſet redimere exactionem. Sylu. quo ſupra.

Tertio poteſt eſſe damnum ex parte mutuatarij, ſine lucro mutuantis: exemplum qui mutuat cum pacto, ſeu intentione, vt detur aliquid non ſibi, ſed alteri nomine ſuo, puta patri, amico, ac etiam pauperibus eleemoſyna, vſuram committit, nam ſatis eſt, quod mutuatarius ſentit damnum, quod eſt contra ius naturale, & diuinum, ſuper quibus non poteſt diſpenſari, quamuis finis eſſet bonus. Nauar. cap. 17. num. 237. ſicut non licet iurare falsò, vt ſaluetur vita delinquentis, cap. primum. cap. faciat. 2. 2. quæſt. 2. Abbas, cap. ſuper eos, de vſuris.

Tertia conditio, ſeu requiſitum eſt, vt illud commodum ſit pretio æſtimabile, ad conſtituendam vſuram Dico (pretio æſtimabile) ad differentiam eorum, quæ per mutua quandoque prætenduntur, quæ non ſunt pretio æſtimabilia: vt mutuare hoſpitali propter premium cæleſte: vel mutuare Viro probo, ut acquiratur eius amicitia. Vnde qui mutuaret cum pacto expreſſo, vel tacito, vt inde expectaret munus à lingua, vel ab obſequio, cum iſta poſſint pretio æſtimari, ut dictum eſt ſupra, uſuram committit, eſſet enim obligationem naturalem, ideſt qua debito morali tenetur, in ciuilem ducere. Nauarrus cap. 17. nume. 223. & D. Thom. quo ſupra. Item, qui mutuat cum pacto, ut mutuatarius pro eo fideiubeat, vſuram committit, quia fideiuſſio eſt pretio æſtimabilis, cũ in caſu, quo principalis non ſoluit, tenetur fideiuſſor Sotus quo ſupra. Ex quo dicto, Caietanus deſumpſit, & bene quod licebit fideiuſſori pretium recipere, ut fideiubeat, quia, ut dictum eſt, illa talis obligatio eſt pretio æſtimabilis, & ideo uendibilis.

11 *Quod donatur contemplatione mutui, oportet vt ſit pretio æſtimabile, ad hoc, vt vſurã conſtituat.*

Quarta conditio ad conſtituendam uſuram eſt, ut illud lucrum proueniat propriè ex mutuo, non autem ratione damni emergentis, aut lucri ceſſantis, quod eſt propriè intereſſe: non enim uſura eſt, illud plus exigere, tanquam uerum intereſſe. Nauar. cap. 17. num. 211. Et ut melius intelligatur, quando eſt uerum intereſſe, & quando non, operæ pretiũ eſt prænotare prius, quæ dicta ſunt ſuperius de reſtitutione in communi, ubi tractatur de intereſſe; deinde quantum ſpectat ad propoſitum in mutuis ſolummodo, quando non cadit uſura, ideſt quando tuta conſcientia poteſt peti aliquid ratione intereſſe, ultra ſortem mutuatam. Et primo ratione damni emergentis, quod accidit in tribus caſibus.

Non eſt vſura, ſi pro mutuo detur aliquid non ratione mutui, ſed intereſſe.

Primus caſus eſt, quando præceſſit mora in ſoluendo, gl. in cap. conqueſtus, de Vſura. Exemplum, habeam pecuniam paratam, ut de illa emerem triticum tempore meſſis, uel uinum tẽpore uindemiarũ pro victu familię meę, mutuaui tibi rogatus, uſq; ad tale tempus: poſtea tu non ſoluiſti tempore debito, unde me

Primus caſus pro damno emergente.

Digitized by Google

de me oportuit emere triticum Carius: teneris ad illud plus, in quo cauſa tui damnificatus ſum. Aliud exemplum, Petrus tenebat pecuniam, de qua uolebat reficere domum, quæ minabatur ruinam, rogatus à Marcello, mutuauit ei per tres menſes: unde tranſacto termino, Marcellus non ſoluens, domus, cecidit, tenetur propter moram, vltra ſortem reficere damnum paſſum, ideſt quantum culpa ſua plus expendit ad reficiendam domum. Et hæc omnia intellige, quo ad damnum intrinſecum, quod eſt in ipſa re, vt patet in exemplis datis, non autem extrinſecum, quod prouenit propter ipſam rem, niſi quando dolo, & culpa lata debentis reſtituere pecuniam, hoc acciderit. exemplo omnia erunt clara: Petrus mutuauit Franciſco pecuniam, de qua intendebat emere fœnum, aut bladum. Franciſcus non ſoluit tempore debito, propter quod Petrum non ſolum poſtea oportuit emere carius, quod eſt intereſſe intrinſecum, ſed interim eis animalia ſunt mortua fame, aut deteriorata, quod dicitur intereſſe extrinſecum. Vnde ſi Franciſcus fuit in mora omiſſione tantum, ideſt quia non potuit, non tenetur pro damno extrinſeco, ſed pro intrinſeco tantum: ſi autem non ſolum omiſſione, ſed etiam commiſſione, ideſt falſa promiſſione Petrum decepit, & ipſe credens Franciſco alia via non ſibi prouidit: Franciſcus tenetur non ſolum ad damnum intrinſecum, quod eſt illud plus pretij quo poſtea bladum emit, ſed etiam ad damnum extrinſecum, ideſt mortem animalium, quod propter eius moram & deceptionem Petrus paſſus eſt. de qua re, ut melius intelligatur, vide ſupra, loco citato.

Ex dictis reſponderi poteſt ad quæſita ſuper his facta, ſcilicet ſi propter moram debitoris, quia non ſoluit in termino te oportuit vendere merces tuas pretio viliori, vt alij reſponderes, quas non intendebas tunc vendere, in tali caſu ad id tenetur, in quo damnificatus es. Idem dicendum eſt, ſi quis non ſoluerit tibi tempore debito, & propter neceſſitatem te oportet ſoluere vſuras tuo creditori, tunc licet exigere à debitore tantum, quantum tu cauſa ſui ſoluis alij. Sed hæc intelligenda ſunt quando tam in his duobus caſibus, quam in alijs ſimilibus, hoc intereſſe propriè paſſus es propter moram debitoris, & non aliqua tua incuria; ſeu negligentia, aut propria malitia; puta, quia ad reparandum hoc intereſſe poteras faciliter impetrare dilationem à tuo creditore, vel ab alio tuo amico pecuniam quærere, & huiuſmodi, & prouidere neceſſitati currenti ſine aliquo tuo damno; vnde ſi potens ita prouidere, non curaſti; remittens damnum debitori, in tali caſu non potes petere intereſſe tuta conſcientia, ſed tibi imputetur. Gab. Biel in 4. diſtinct. 35. quæſt. 11. Medina. Corrad. & alij quamplurimi Doctoris. Notanter dixi (faciliter) quia ſi hoc ſine difficultate facere nequiuerat, non teneris ad cuitandum damnum debitoris tui, vt hac uia alij obligeris. Sed hic quæritur, an liceat accipere mutuum ab vſurario, & poſtea mutuare ſocio cum pacto, vt ſocius ſoluat vſurario ſortem, & vſuras? Reſpondetur ſi hoc facit gratia ſocij, ſcilicet quia ille non valet inuenire, qui ſibi mutuet, licitum erit; quia debet ſe indemnem ſeruare, ſi autem illud facit alio reſpectu, non licet. & ita in ſimilibus iudicandum eſt.

Secundus caſus eſt quãdo per aliquã vim contingit mutuare ciuitati, aut ſuperiori patienti aliquam neceſſitatẽ, tunc non ſolum poſt moram, ſed etiam à principio, vltra ſortem aliquid exigere poteſt, ſi verè, & realiter damnum patitur. Exemplum, Ciuitas patitur executionem pro tertijs fiſci, uel propter aliam inſtantem neceſſitatem, nouit Titium habere quantitatem pecuniarum paratã tũc emere triticum, cogit eum, vt mutuet: poteſt Titius vltra ſortem mutuatam exigere tantum plus, quantum ualet plus triticum, vel oleum tempore reſtitutionis

tionis pecuniarum, eò quòd tanti lucratus fuiſſet, ſi illud emiſſet tempore, quo minus valebat: vel quantum paſſus eſt ob non ſolutionem debiti, puta executionem, & expenſas, ſi eas verè paſſus eſt, dummodo ceſſet omnis fraus, & fictio, quia ſi pecuniam ad nihil expoſuerat, aut nullum reale intereſſe paſſus eſt, ſed illam otioſam in arca tenebat, non poteſt tuta conſcientia ſub prætextu intereſſe aliquid plus accipere. Nauarrus cap. 17. num. 211. & num. 283. vlt. littera O.

Tertius caſus eſt, quando à principio paciſcitur cum mutuatario de ſoluendo damno, quod à principio patitur, ſed eſt aduertendum, vt iuſtè poſſit exigere intereſſe quòd à principio patitur, quod debet admonere mutuatarium de intereſſe præuiſo, nam ſi non facit pactum tempore traditionis pecuniæ de damno à principio patiendo, ſed tacitus mutuat, ſibi imputetur, non enim poteſt petere aliud intereſſe niſi illud, quod patitur poſt moram temporis præſcripti, quod ſi mutuatarius rem ſciret, forte nollet ſub illa conditione mutuum accipere, ait Sotus lib. 6. de Iuſt. & iure, quæſtio. 1. art. 2. Ex hoc ſubinfertur; ſi damnum à nemine fuerit præuiſum, aut cogitatum, ſed poſtea caſu ſuperuenit, tunc mutuatarius non tenetur de illo, quia non cogitauit reddere niſi ſimplex mutuum. *Tertius caſus.*

Et regulariter in omni contractu poteſt paciſci, & conueniri de intereſſe, & damno ſoluendo præter quam in materia de cambijs, per Extrauagantem Pij V. quæ inſerta eſt in Manuali Nauar. capit. 17. num. 283. litera N. quæ incipit (In eam pro noſtro paſtorali officio) & infra (porrò ad tollendas quoque in cambijs quantum cum Deo poſſumus occaſiones peccandi, fraudeſque fœneratorum, ſtatuimus, ne deinceps quiſquam audeat, ſiue à principio, ſiue aliàs certum, & determinatum intereſſe, etiam in caſu non ſolutionis paciſci.) *Pactū de ſoluendo intereſſe.*

Secundo principaliter quæritur ratione lucri ceſſantis, licet ne ex mutuo aliquid plus exigere? Pro ſolutione huius dubij difficilis, propter varias Doctorum ſententias, eſt prius aduertendum, quid eſt lucrum ceſſans, vt dictum eſt capit. quarto, de reſtitutione in communi. Secundo notandum eſt pecuniam poſſe dupliciter conſiderari, ſcilicet vno modo abſolutè, & ſecundum eius communem vſum, & ſecundum hanc conſiderationem, nemini dubium eſt, ratione mutui non licere aliquid plus vltra ſortem exigere, altero modo conſideratur, vt eſt poſſe in hominis negotijs dediti exponentis illam negotijs, & induſtrijs de propinquo, & hoc modo à talibus hominibus æſtimatur plus vſu communi, vnde in aliquo caſu dominus poteſt illam cum aliquo onere mutuare. Deinde reſpondetur cum diſtinctione: videlicet, aut intelligis de lucro ceſſante poſt moram debitoris, & licitum erit ſecundum omnes Doctores, concurrentibus conditionibus tactis in præallegata definitione loco citato, eo quòd debitor eſt in culpa, vt creditor ceſſet à lucro, quod feciſſet, ſi pecuniam ſuam negotiatus fuiſſet, huic fauet l. cum quidā, ff. de vſuris, vbi ait Iuriſconſultus, vſuræ non propter locum petentium, ſed propter moram non ſoluentium infliguntur. & hoc, ſiue ſponte, ſiue rogatus mutuat, quia rogari, vel offerre nihil facit in hoc caſu, & dico, in hoc caſu, quia ante moram eſt alia ratio, vt dicetur. Aut intelligis de lucro ceſſante à principio, ideſt ab articulo mutuationis, & hoc etiam dupliciter, aut mutuat aliqua ui, ſeu metu, aut ſine vi, ſed rogatus, aut ſponte ſe offert. De his ſtatuuntur plures concluſiones. *Pro lucro ceſſante.* *Pecunia dupliciter conſideratur.* *Lucrum ceſſans poſt morā debitoris.* *Lucrum ceſſans à principio.*

Qui mutuat pecuniam negotijs expoſitam, per vim ſibi factam: exemplum mercatores mutuant Vniuerſitati cogenti eos ſibi mutuari propter aliquam neceſſitatem currentem, & ſimilia, poſſunt petere tantum plus, quantum lucrati *Prima Concluſio.*

fuiſſent

fuiſſent de illa pecunia, ſi non mutuaſſent, & ſeruare ſe indemnes; concurrentibus tamen, quæ dicta ſunt in definitione lucri ceſſantis loco citato, ac etiam quę inferius dicentur.

2. Concluſio. Idem dicendum eſt de illo, qui mutuat iuſto timore domino, ſeu officiali, aut tyranno petenti ſibi mutuo dari. Sotus lib. 6. de Iuſt & iure, q. 1. art. 3. Nauar. cap. 17. num. 211. & omnes Doctores, quia ſunt claræ, ſed de reſtantibus eſt difficultas.

3. Concluſio. Qui mutuat amico rogatus, & aliqua beneuolentia motus, non poteſt petere intereſſe lucri ceſſantis ſecundum Innoc. cap. fi. de vſuris, cui opinioni magis inclinat Sotus quo ſupra, putans eſſe ualde periculoſum, ſponte mutuantem de lucro ceſſante paciſci à principio, & eius ratio potiſſima eſt, quòd ceſſare à lucro, eſt hominem à lucro cohiberi; cohiberi non dicitur, niſi ille, cui impeditur ſua uoluntas, ergo qui ſponte mutuat, non dicetur ceſſare a lucro, & ex conſequenti non poteſt paciſci ſine vſuræ ſuſpicione; ſubiungens idem eſſe ſponte ſe offerre, & aliqua leui prece inclinari ad mutuandum. Nauar. nihil curans de uoluntariè & inuoluntariè mutuare, declinat in alterum extremum dicens, iuſtitiam & iniuſtitiam huius contractus non conſiſtere in bonitate, & malitia animi, & intentionis mutuantis ſponte ſe offerentis, ſed in rerum æqualitate, & inæqualitate, ſcilicet ſi uerè ceſſet à lucro, quod feciſſet, ſi non mutuaſſet, an non: & ideo dicit etiam ſi ſponte mutuat, poteſt iuſtè à principio de lucro ceſſante conuenire, dummodo illud non recipiat, antequam uerè conſtet, quòd ueriſimiliter lucratus fuiſſet. Nos autem ſequendo uiam mediam, quæ tutiſſima uidetur cum Sylu. Verbo, Vſura, 1. §. 19. D. Anton. 2. parte Gabr. Biel. in 4. diſt. 15. q. 11. & Caiet. 2. 2. q. 58. ac etiam Medina & alijs Theologi ponimus duas concluſiones.

Media via tenenda.

4. Concluſio. Prima concluſio eſt: Qui mutuat amico precibus illectus, & beneuolentia uictus, ita, ut quantum eſt de ſe, mallet lucrari alia uia, quam mutuando, ſecurè, & intrepidè poteſt à principio conuenire de lucro ceſſante ob impedimentum negotiationis, per pecuniam mutuatam, concurrentibus tamen quibuſdā conditionibus, quæ per ordinem dicentur.

1. Conditio. Prima cōditio eſt, ut mutuans ſit perſona, quæ uerſetur in negotijs, quę ſcit, & vult negotiari, de præſenti: unde Clericus, cui interdicitur negotiatio, & Doctor, cuius non intereſt negotijs uacare, non poſſet petere hoc lucrum de ſua pecunia mutuata.

2. Conditio. Secunda eſt, ut pecunia, quæ mutuatur ſit deſtinata, & mancipata negotijs, ita ut lucrum, quod facere ceſſat, ſit propriè propter mutuum: vnde ſi haberet aliam pecuniam otioſam ad nihil deſtinatam, non poſſet petere intereſſe lucri ceſſantis, quamuis illam met negotijs deſtinatam mutuaſſet, & ratio eſt, quia poſſet aliam, quam habet in arca negotijs exponere. Sed hic quęritur, ſi pecunia, quàm habet in arca, ſeruata fuiſſet pro caſibus fortuitis, & alijs negotijs neceſſarijs, quæ euenire ſolent, ut prudentis eſt cogitare quid dicendum? Reſpondetur, ſi pecunia reſeruata ad alios fines, eſſet modica, licitum erit quęrere lucrum de pecunia mutuata hac non obſtāte otioſa, ut ait Nauar. c. 17. nu. 212. quia nemo ſe pecunijs exhauſtum reddere debet, ut currente aliqua neceſſitate, non poſſit ſibi prouidere: ſi autem illa pecunia otioſa eſſet, multa ad hæc, & ad alia ſufficiens, in tali caſu non poſſet tuta conſcientia petere intereſſe ſub tali prætextu, ut dictum eſt.

Dubium.

3. Conditio. Tertia, ꝙ ſit in potentia propinqua, ait D. Th. in quodam opuſculo de vſura: ideſt ſit in præcinctu, & de proximo, quaſi in actu paratus negotiari illam pecuniam; non enim ſufficeret habere illam paratam ſolummodo negotijs, quę occurrere ſolent tempore indeterminato.

Quarta

Digitized by Google

Quarta conditio, vt lucrum ſit certum, ita quòd non poteſt quærere intereſſe lucri ceſſantis antequam conſtet probabiliter, quòd lucratus fuiſſet. Nauar. quo ſupra: non enim mercator ſemper lucratur, & ſi eſſet certus de lucro, non per hoc debet exigere à principio, ſecundum aliquos. *4. Conditio.*

Quinta dicitur, vt mutuum non detur pro ſemper, ſed ad aliquod tempus determinatum, prout erunt negotia, ſecundum præſumptionem humanã, aliter præſumeretur intentio corrupta, ſcilicet, ꝙ vellet lucrari potius hac via quã alia, quod eſſet ſuſpicio vſurę. Sylu. quo ſupra. *5. Conditio.*

Sexta requiritur, vt intentio ſit recta, ideſt vt illud, quod accipit mutuans, intendat accipere ratione intereſſe, & non ratione mutui, nam ſi intenderet accipere ratione mutui, illicitè acciperet, & peccaret mortaliter, etiam ſi realiter pateretur intereſſe, quia illa intentio corrupta vitiaret actum: contra Nauarrum, qui non curat de intentione; ſed de facto in ſe, vt ſupra tetigimus, ſicut enim accidit in alijs contractibus, ſcilicet quando qui realiter emeret cum pacto retrouendendi, & intentio ſua non eſſet emere, ſed pignorare, & ſuper pignus mutuare, tunc non faceret fructus ſuo propter intentionem corruptam, quam habet, vt loco ſuo dicemus, ſicut etiam quando quis cauſa gratitudinis ob mutuum ſibi factum, donaſſet amico aliquod munus, & ille amicus acciperet munus ratione mutui, & non amicitię, & ex tali intentione corrupta non poſſet tuta conſcientia illud retinere, ita in propoſito dicendum eſt. *6. Conditio.*

Septima requiritur, vt pactum de ſoluendo lucrum ceſſans à principio currens, exprimatur tempore traditionis pecuniæ mutuandæ, aliàs non poſſet quærere, niſi illud quod facere ceſſat poſt moram temporis reſtituendi mutuum exprimeretur: poſſet enim accidere, mutuatarium nolle fortè mutuum ſub illa conditione accipere, & ideo ſi tacitus mutuat ſibi imputetur. Sotus quo ſupra. *7. Conditio.*

Octaua, omnibus iſtis concurrentibus, opus eſt etiam, vt deducantur labores, & expenſę, quas facerent circa negotia propoſita, ac etiam pericula, quæ current ad iudicium boni viri, ait D. Thom. loco citato, & Nauar. cap. 17. num. 237. Dixi, quæ current, quia non ſemper currunt labores, expenſæ, & pericula, ſed quandoque omnia, quandoque nihil horum, puta ſi quis paratus eſſet adire nundinas, ad emendum merces, clarum eſt, ꝙ in hoc caſu omnia iſta concurrẽt, ſi autem paratus eſſet emere oleum, domum, aut apothecam, quę ſolet locari, tunc current tantum aliquę expenſę: ſi verò eſſet paratus emere annuum cenſum, in hoc caſu fortè nihil horum curret. vnde ſicut erit negotiatio à mutuante propoſita, ita exigendum eſt intereſſe lucri ceſſantis. *8. Conditio.*

Nona ſequitur alia condititio, ſcilicet, vt non exigatur totum lucrum ſperatũ, ſed aliquid minus, etiam ſi deducantur omnia prędicta, & ideo additum eſt, ad iudicium boni viri, quia affectio mutuantis poſſet eum decipere in taxando, & exigendo. iuxta doctrinam D. Th. Caietani, D. Anto. Syl ueſtr. & multorum aliorum. His igitur conditionibus concurrentibus, licitum erit mutuanti exigere intereſſe lucri ceſſantis, quòd à principio per mutuum ceſſat; & ad argumentum Soti reſpondetur, quod ſecundum ſtabilitam concluſionem prædictis cõditionibus veſtitam, bene, impeditur mercator à ſua negotiatione, pecunia, quæ in caſu, ſibi tanti plus valet, vſu communi, vt dictum eſt ſupra, & quãuis non cogatur per aliquam vim, tamen ita precibus importunatur, vt inclinetur ad faciendum id, quod ſua ſponte facere nollet, & hoc ſufficit ad faciendũ actum quodammodo, & ſecundum quid inuoluntarium. *9. Conditio.*

Solent poni alię conditiones, ſcilicet vt mutuans non ſit ſolitus dare ad vſuras, quia ex hoc prę ſumeretur talem habere voluntatem exercendi vſuras, ſed

hęc

Digitized by Google

hæc conditio non eſt neceſſaria in foro conſcientię, vbi attenditur veritas animi, ita quòd ſi habet animum rectum, vt dictum eſt, hæc non obſtant.

Item, vt ob talem modum negotiandi ſimplices nõ ſumãt occaſionem ſcandali, putantes illud intereſſe exigi tanquam vſuram, quia peccaret mortaliter infamando ſe apud illos, quæ conditio eſt neceſſaria ad euitandum peccatum mortale, & non ad euitandam vſuram, ait Nauar. quo ſupra.

5. Concluſio. Quinta Concluſio. Qui mutuat ſponte ſe offerẽs, ſine vi, aut prece, vt dictũ eſt, ſuam pecuniam, etiam ſi illam de proximo negotiationi expoſuiſſet, non poteſt petere intereſſe lucri ceſſantis (quod à principio facere ceſſat) tuta conſcientia.

Probatio Concluſionis. Pro hac concluſione facit argumentum Soti ſupra tactum: poſſet aliter ſuaderi veritas concluſionis, nam qui negotiatur ſuam pecuniam multis periculis ſe exponit, videlicet, vel ut amittat totum capitale, vel ut minus uendat quam emit, quod accidere ſolet propter concurſum mercium eiuſdem ſpeciei, vel ſaltem quandoque nihil lucratur, qui autem ſponte mutuat, ſemper intendit lucrari aliquid plus, ſaluo capitali, & ideo præſumitur corrupta intẽtio.

Impugnatur à Nauar. Sed ad hoc reſpondet Nauar. quòd iuſtitia, & iniuſtitia huius contractus non dependent ab intentione, ſed à rerum æqualitate, & inæqualitate, vt tactum eſt ſupra. Sed contra, accidit contractum formaliter licitum, uitiari intentione corrupta, vt tactum eſt, & dicetur cap. de pignoratione; igitur. Et quamuis opinio Nauar. non careat probabilitate aliqua, vt Sotus etiam confitetur, tamen contraria noſtra concluſio eſt magis tuta, ideo amplectenda.

6. Concluſio. Sequuntur aliæ cõcluſiones. Qui mutuat pecuniam, quam deſtinauerat negotiationi illicitæ, puta prępoſuerat illam fęnerari, & ſimilia, non poteſt petere intereſſe, quamuis mutuando ceſſet à lucro, quia erat illicitum.

7. Concluſio. Qui mutuat amico, etiã rogatus, quem ſcit ea pecunia luſurum, aut cũ meretricibus illam diſtracturum, non poteſt recta cõſcientia petere lucrum, quod feciſſet de illa, ſecundum aliquos Theologos.

8. Concluſio. Qui mutuat indigenti, & extremam neceſſitatem patienti, propter quam tenetur ex charitate ſubuenire illi, dum tamen vrget præceptum dandi ei eleemoſynam, non debet, nec poteſt petere intereſſe lucri ceſſantis, contra Nau. Cuius opinio fundatur ſuper fundamento, quod eſt cõtrarium omnibus Theologis, ſcilicet extremè patienti nos non tenemur donare, ſed tantum ſubuenire cum obligatione reſtituendi poſtea, dum potuerit.

Dubium. Sed antequam ad aliud requiſitũ tranſeamus, dubitatur, licet ne à principio taxare, & pro tanto determinato æſtimare intereſſe lucri ceſſantis, ad euitandas differentias, & lites, quę accidere poſſent tempore exactionis?

Opinio Canoniſtarum. Ad hæc reſpondent omnes ferè Canoniſtæ negatiuè, & eorum ratio eſt: quia non ſemper mercatores lucrantur; aliquando enim, aut nihil, aut minus, quam ſperabant.

Oppoſita opinio Theologorum. Sed oppoſitum tenent Theologi, dummodo (deductis expẽſis, laboribus, & periculis, vt dictũ) taxa fiat moderata, & ratio eſt, quia ſicut fructus alicuius poſſeſſionis acerbi poſſunt minus emi, eo quòd ſubſunt periculo fortunæ, ita poteſt minus taxari lucrum, quod ſubeſt incertitudini.

Conciliatio. Quibus tamẽ non obſtãtibus, poſſet ſub diſtinctione reſponderi, ſcilicet, ſi lucrum quod ſperatur, eſſet de negotijs mercatorum, quæ negotia impediuntur, propter mutuum dicerem cum Canoniſtis, ſcilicet, quod non liceret taxare hoc lucrum ratione iam dicta.

Si autem lucrum quod ſperatur, eſſet de agro, poſſeſſione, vinea, & huiuſmodi fructiferis, quę intendebantur emi à mutuante iam impedito, quia mutuat, dicerem cum Theologis, dummodò taxa habebat reſpectum ad periculũ fortunę; &

Digitized by Google

næ,& mutuans non ponat ſe in tuto,vt ait Scotus.

Et quamuis vtrorumque finis, ideſt lucrum negotiorum, & lucrum ex fru-ctibus agrorum ſint incerti,tamen fructus agrorum ſunt magis ſecuri, & ideo poſſunt taxari.

Si verò lucrum ſperatum eſſet de domo, ſeu apotheca, quæ indubiè ſolent locari, aut de annuo cenſu emendis, non video cur non poſſet taxari à principio ſecundum menſuram intereſſe lucri ceſſantis; cum huiuſmodi lucra ſint certa.

Nec huic opinioni videtur obſtare illa Extrauagans Pij V. ſuperius citata, ex cuius verbis colligitur, quòd hodie non poſſit taxari hoc lucrum ceſſans: quia vt dictum eſt loco citato, hęc Extrauagans intelligitur ſolum in cambijs, extra quę alij contractus non intelliguntur reſtringi. 13 *Pij V. bulla.*

Quintum requiſitum ad conſtituendam vſuram eſt, vt illud lucrum proueniat ex mutuo tanquam ex cauſa, & intentione principali, ad differentiam muneris gratuiti, quod poteſt recipi, ac etiam muneris ſecundario intenti, puta quando quis mutuat alicui pecuniam ſperans principaliter conciliare eius amicitiam, & captare eius beneuolentiam, & ſecundario ſperans ex illa conciliatione accipere aliquod lucrum, quia cognoſcit eum liberalem, vel ſperans aliquod beneficium, quia cognoſcit eum benemeritum ſeruitiorum, tunc,& in tali caſu non eſt vſura, quamuis habeat occulum ſiniſtrum ad vtile, etiam ſi tale vtile eſſet cauſa,ſine qua non mutuaret, per hoc non dicetur cauſa principalis, vt dictum eſt ſupra. Caietan. Verbo,Vſura mentalis,in fine, & in Opuſculis,q. de Vſura. Sotus lib.6.de Iuſtitia & iure,quæſt.prima, artic.2.

Vſuram committit,qui quamuis non paciſcatur pro mutuo,tamen intêtionê principaliter ad lucrum dirigit.

Ex his facilè reſpondetur ad quæſita,quæ fieri poſſent circa vſuram mentalem, ſcilicet, an ſi quis mutuat ſine pacto habendi aliquid? ſed ſola intentione ſit vſura? *Reſponſio ad quæſita.*

Reſpondet glo.in Decretali extra de vſuris,cap.conſuluit, ſi intentio principalis fertur ad lucrum, ideſt tota ſpes fundatur in mutuo,vſura eſt,ſi autem minus principaliter,& ſecundario,vt dictum eſt, ideſt tota ſpes fundatur in beneuolentia,& amicabilitate,non eſt vſura.

Sed dubitatur, an vſurarius mentalis teneatur ad reſtitutionem? Et eſt ratio dubij ex vtraque parte, nam cum mutuatarius non trahatur ad ſoluendum, ſed ſua ſponte donet, non habet locum repetitionis,quamuis illud faciat vt mutuantem erga ſe gratum reddat, & mutuans cum nihil directè, vel indirectè extorqueat, non habeat locum reſtitutionis, quamuis in mente ſua hoc intendat. 14 *Dubium.*

Pro ſolutione huius dubii notandum, tripliciter poteſt intelligi vſurarius mentalis. Vnus modus eſt, quando datur ei lucrum à ſe ſperatum propter aliquam tacitam eius petitionem, dum ſignis aliquibus exterioribus patefacit mutuatarius eius intentionem, & de hoc non eſt dubium, quòd teneatur, nam iſte non eſt purè mentalis propter exteriora ſigna, quibus petit aliquod lucrum, ſed parum differt à perfecto, & reali vſurario ait Sotus quo ſupra. *Vſurarius mêtalis triplex. Primus.*

Secundus modus eſt, quando datur ei lucrum ſperatum, non gratuito, ſed eo modo, quo ipſe ſperabat, ſcilicet ratione mutui, & hoc modo omnibus in confeſſo eſt, ipſum teneri ad reſtitutionem, quia lucrum, quod ei datur, non omnino voluntarium eſt, ſed ſecundum eius prauam intentionem datur. *Secundus.*

Tertius modus eſt, quando lucrum ſperatum datur, non ea intentione, *Tertius.*

Digitized by Google

qua à mutuante ſperatur, ſcilicet ex obligatione mutui, ſed gratuita uoluntate mutuatuarij, & de hoc tertio modo variç ſunt opiniones Doctorum, quas attamen pertranſeo, breuitatis ſtudio, quod profiteor, ſed ſi facultas decidendi præſtetur, cum omni qua decet cenſura dicerem, ſi dum mutuatarius gratuitò, & ea beneuolẽtia dans aliquod lucrum, mutuans ſcit, & cognoſcit intentionem dantis, & ita accipit, non tenetur ad reſtitutionem, quamuis tempore traditionis pecuniæ prauam habuerit voluntatem, ſi autem mutuans illud accipit ratione mutui, & ex debito, quia ſic intelligit ſibi dari, tenetur reſtituere quamuis intentio dantis eſſet ex beneuolentia, & amicabilitate, quia intentio corrupta ipſius exigent s lucrum ſperatum, vitiat actum, ut dictum eſt ſupra.

Reſolutio au-ctoris.

Tertio quæritur, an aliquis mutuans nauiganti certam pecuniam, ex quia emit merces, ſi exigit aliquid vltra ſortem principalem, eo quòd ſuſcipit periculum mercium in ſe, vſuram committat?

Reſpondetur; ſi id facit ratione periculi in ſe ſuſcepti, licitũ erit, ſi autem ratione mutui, vſuram committit, ait Archidiaconus ſuper cap. Nauiganti, de vſuris, & benè.

Hoc autem, quod dicitur de nauigante poteſt etiam intelligi de eunte ad nundinas, & tranſeunte per loca periculoſa, & ſuſpecta, vel ſimili.

Et quamuis ſupplementum teneat indiſtinctè, caſum hunc vſurarium eſſe, per dictum capitulum Nauiganti. (quod capitulum ſi dicit. Nauiganti, vel eunti ad nundinas, certam mutuans pecuniæ quantitatem, eo quod ſuſcipit in ſe periculum, recepturus aliquid vltra ſortem, vſurarius eſt cenſendus) faciendo vim in illo verbo (eo quod) per quod verbum ſignificare vult, cauſam receptionis lucri vltra ſortem, eſſe mutuum, ſic enim exponit textum, vſurarius eſt habendus, eo quòd ex mutuo recipit lucrum vltra ſortem, occaſione ſuſceptionis periculi.

Senſus tamen eius non placet, & ſignanter Nauarro, capit. decimoſeptimo numero 283. litera A. nam illud plus dari poteſt, & contemplatione mutui, & contemplatione aſſecurationis; ideo bene reſponſum fuit cum diſtinctione.

Et Summus Pontifex in hoc c. non prohibet ſimpliciter aſſecurationes, ſunt enim Reipublicæ non parum neceſſariç; multi namq; mercatores, timore quodam à mercatura ſe retraherent, nec mercaturas obire, aut naues cum tanto periculo mercibus onerare auderent; niſi aliquo exiguo pretio, & merces, & aurum, per aſſecurationes in tuto conſtituerent.

Sunt etiam iuſtç, ſi iuſtè practicentur, cõſtituere enim res in tuto, quæ periculis exponuntur, eſt pretio ęſtimabile, ergo inde mercedem, & lucrum aliquod recipere, licitũ erit, (dixi ſi iuſtè practicentur) nec in ipſis poteſt cadere iniuſtitia, quando ſcilicet, quod datur pro aſſecuratione, excederet meritũ periculi, quod currerent merces.

Item, cum licitum ſit pro fideiuſſione aliquid accipere ratione periculi, cui fideiuſſor ſe exponit in caſu quo ille non ſolueret, vt ſupponimus nunc, licebit & in aſſecuratione, cui ſimile contingit.

Ita etiam ait Paulus de Caſtro in l. Naui, & Petrus Luſitanus, in tractatu de aſſecuratione, in prima parte.

Sed Pontifex per illum textum vult obuiare ijs, qui vſuras palliatas, ſub nomine aſſecurationis committunt, erant enim quidam, non inuenientes, qui ſibi gratis mutuarent, fingebant ſe velle pecuniam per loca ſuſpecta deferre & ideo à mutuãte, aliquo iuſto pretio ablato, aſſecurari petebant, vt huius occaſione

Digitized by Google

ſione, facilius eis mutuaret: quòs omnes ex quadam iuris præſumptione, vſurarios eſſe præſumit, faciendo vim in illis verbis (vſurarius cenſendus eſt) non enim Pontifex dixit, vſurarius eſt, ſed cenſendus eſt, id eſt præſumendus eſt.

Hinc colligitur; qui ſine hac malitia, & intentione liberè mutuaret ſi poſtea à mutuatario requiſitus, vt eum aſſecuraret, aliquid accipiendo vltra ſortem pro periculo rei in ſe ſuſcepto; dummodo pretium aſſecurationis ſit iuſtum, quantum perſona tertia acciperet; & ſi caſu excederet iuſtum pretium, illud plus tantum reſtituendum eſſet, ratione violatæ iuſtitiæ, & non ratione vſuræ.

Sed quid dicendum, ſi deduceretur in pactum? aut hac principali intentione mutuaret, aliàs non mutuaturus?

Puta, Petrus mutuat Marcello indigenti, cum hoc pacto, vel principali intentione, vt ab eo ſecuritatem accipiat, pro qua det aliquid vltra ſortem principalem.

Reſpondetur; ſi non erat in animo Marcelli aſſecurationem petere, eo quòd re vera, per loca periculoſa eam expoſiturus non erat, vel ſi erat, illam ſuo periculo transferre propoſuerat: vnde aſſecurari facere acquieſcit, vt pecunia facile ſibi mutuetur, vſuram eſſe, nulli dubium ſit, vult enim ex occaſione mutui, ſub nomine aſſecurationis lucrari: & hoc propriè Pontifex prohibere intendit in textu præallegato.

Si autem Marcellus realiter, & cum effectu, aſſecurari facere propoſuerat, eo quod per loca ſuſpecta iturus erat, quod ſciens Petrus; deſiderabat ipſe, hoc lucrum facere, unde ait, ſi vis, ut tibi mutuem aſſecurationem, quam ab alijs petis, ego facere uolo eodem pretio iuſto, prout cum alijs conuenis, tunc Sylueſter, Verbo, vſura, 1. §. trigeſimoquinto, vſuram eſſe ait ratione obligationis.

Adducit pro ſe textum præallegatum, faciens vim in illo verbo (eo quòd) vt dicat cauſam mutuandi, ſcilicet propterea mutuat, eo quòd ſuſcipit periculum in ſe, aliàs non mutuaturus, & ſic ex mutuo volebat lucrari, non immediatè, ſed mediante aſſecuratione.

Sed quidquid ſit de intellectu textus præallegati ſecundum Syluestrum illum aliter intelligentem, quam Nauarrus intelligit: rei veritas eſt, quòd Petrus vſuram committit, volens occaſione mutui, Marcellum obligare, quod non licet, ut inferius dicetur contra eos, qui mutuant cum pacto, vt mutuatarius teneatur ire ad ſuum molendinum, furnum, apothecam, & ſimilia.

Sed nunquid in tali caſu, idem lucrum reſtituere teneatur, ex aſſecuratione peruentum? Glo. ſuper dicto capitulo ait, quòd ſic: idem Alexander Lon. apud Syluestrum loco citato, § 36. ait enim, periculum non excuſare, ubi cauſa temporis aliquid plus accipitur.

Pro quo adducit alium caſum, puta mutuans alicui pecuniam vſque ad decem annos, eo pacto, quòd ſi interim alter eorum moriatur, debitor ſit liber; ſi autem ambo ſuperuixerint, dabit aliquid ultra ſortem contractus iſte, ait ipſe eſt vſurarius, nam lucrum accedit ex tempore expectato, quamuis cum periculo, ſic ait in propoſito.

Ad hoc dico, quòd nec eius ſententia eſt uera, nec ratio adducta pro eo.

Et primo ad rationem, ſeu caſum adductum dico, hic falſo dicitur eſſe contractum mutui: nam potius dicitur conuentio, quæ fundatur ſuper morte, & vita contrahentium vſque ad tale tempus, pro qua morte, & vita depoſitatur pecunia, & non mutuatur, nã qui ſimpliciter mutuat, poteſt ſimpliciter pecu-

niam repetere;ſed hic repeti non poteſt,vinculatur enim cum periculo amittendi eam ſub tali euentu , ſcilicet mortis contrahentium : & quamuis pecunia ſoluatur ante tempus euentus mortis,non per hoc lucrum , quod ſperatur à ſoluente, ſimpliciter dependet ab illo tempore decem annorum cum certa, & ſecura repetitione ſortis principalis, quæ duo requiruntur ad conſtituendũ contractum vſurarium , ſed dependet à futuro euentu mortis alterius, in quo ſtat periculum amittendi tantam pecuniæ quantitatem , & ſpes recuperandi eam cum aliquo lucro.

Itaque cum pecunia in principio ſit ſoluta,non cauſa mutui ſimpliciter,ſed pro conuentione facta,nec tempus hic concurrit abſolutè,ſed cum aliqua circunſtantia,ſcilicet futuri euentus,ut dixi , caſus iſte ab Alexandro adductus , non eſt iudicandus vſurarius: nec mirum ſi hoc ab eo dicatur, cum quandoq; bonus dormitet Homerus.

Quod Syluester fortè aduertens,non eſt eo contentus, ſed aliter ad dubium reſpondet;dicens.

Ideo eſt vſurarius , quia ex mutuo exigit vltra ſortem talem obligationem, licet ſub periculo.

Quæ reſponſio nec quidem placet,hic enim,ut dixi,non interuenit mutuũ, neq; ſors principalis,vt ait,repetitur indubiè , manet enim ſub periculo amittendi eam,vt dicebam,& ideo contractus non eſt vſurarius , & conſequenter eorum reſponſio dubio non ſatisfacit.

Et ideo dico ad dubium motum, quod in tali caſu Petrus tantum reſtituere tenetur, quantum Marcellus illius obligationis occaſione damnificatus eſt : itaque ſi nihil damni ex ea Marcellus paſſus eſt,eo quòd tantum pro aſſecuratione ei ſoluit,quantum ſoluiſſet alijs , qui aſſecurationem eandem ſuſcipere propoſuerat,nihil eſt,pro quo Petrus reſtituere teneatur:regula enim uniuerſalis eſt,ut ubi iuſtitia non læditur,locus reſtitutionis non eſt; quamuis peccauerat,eum obligando;& lucrum,quod exigit à Marcello, non prouenit immediatè ex mutuo, tanquam ex cauſa eius propria , ſed ex periculo in ſe ſuſcepto,licet occaſione mutui,quæ occaſio dicitur potius cauſa ſine qua non, & non propria cauſa;quæ ſufficere poſſit ad eum obligandum : quod prefati Doctores non aduerterunt.

Nec mirum ſi caſus uideatur vſurarius ſine obligatione ad reſtituendum : nam ut paulò infra uidebitis , quandoque committitur vſura cum lucro mutuantis,ſine damno mutuatarij,talis eſt caſus iſte.

Quæritur vlterius occaſione dictorum, an uolens nauim uacuam nauigare, licitum eſſet eam aſſecurare,ac ſi eſſet mercibus plena?

Puta dabo tibi quingentos aureos, ſi nauis mea vſque ad talem portum ſaluum faciet iter ; ſi autem perierit , viginti millia ſoluere tenearis , ac ſi tantis mercibus plena eſſet.

Ad hoc reſpondetur,ſi aſſecurator ſcienter,vt prudens id faceret,licitũ erit; eſt.n.contractus quidam,vt aiunt vadationis , ſeu depoſitionis , puta ſi nauis ſalua euaſerit,dabis mihi tm̃,ſi non dabo tibi tm̃;qui modus contractandi ſine vitio uſuræ fieri poteſt,etiam ab ijs,ad quos nihil pertinet nauis aut merces in ea poſitę ſ.dicet tertius , ſi Petri nauis ſalua ad portum applicuerit,dabis mihi centum,ſin aũt dabo tibi mille:in his enim, & ſimilibus, non interuenit mutuum ; ſed dicuntur contractus innominati,fundantes lucrum ſuper periculo alicuius mali euentus , & ideo iuſti ſunt. Sed ſi nauigator; nauim mercibus tanti ualoris onuſtam eſſe finxerit, decipiens aſſecuratorem dicat , ſi aſſecuraueris nauem meam tantis mercibus plenam , dabo tibi mille , ſi autem

perierit,

Digitized by Google

perierit aut ſubmerſa fuerit,dabis mihi viginti millia,tunc non liceret: nam ſi aſſecurator id ſciret, fortè non faceret, timens, nauiganti non fore tantæ curæ ſeruandi nauem ne mergatur, aut aliud damnum patiatur, ſicut ſi eſſe plena in veritate,pro quo maior attentio in ſeruando habetur:poſſet namque permittere, nauim pati,quæ valet,verbi gratia, duo millia, ut lucraretur viginti millia,quod non permitteret omnino,ſi mercibus tanti valoris plena eſſet,vbi multo plus lucrari ſperaret.

Et quod dico de aſſecuratione nauis, intelligi poteſt de euntibus etiam ad nundinas, non tantum aſſecurando merces, aut nummos, quę illuc feruntur, verum etiam quo ad lucrum ibi faciendum, puta ſi largitus fueris mihi tantum,ego te ſecurum reddam,quod tantũ in circa lucratus fueris, & ſimilia; contingeret enim ita minus uendere, ſicut & plus; copia,vel inopia tam mercium, quam mercatorum illuc adeuntium.

Poſſet tamen in huiuſmodi, contractibus iniuſtitia quandoque committi, dum plus ſolueretur,quam periculum rei euentus mereretur, & in hoc eſt valde attendendum.Sotus lib.6.de Iuſtit.& Iure, q.7.art.vnico.

Item quæritur, an aſſecurans nauim pro aliquo itinere, ſi illa antequam finierit primum, incęperit ſecundum, & cum alia aſſecuratione, & in illo perierit aſſecurans, primum teneatur ad aliquid? Verbi gratia Petrus aſſecurauit nauim Iacobi pro corpore, & naulo à Ciuitate Ienuæ ad Siciliæ Inſulam pro tritico onerando, & inde ad dictam Ciuitatem Ienuæ deinde nauis diſcedens à dicta Ciuitate, cum peruenit Neapolim, dominus, uel patronus nauis locauit eam pro alijs mercibus,à dicta Ciuitate Neapolis ad dictam Inſulam, & inde Ienuam cum noua aſſecuratione: cum autem fuit Panormi paſſa eſt caſum ſiniſtrum.

Ad hoc dicitur,quòd primus aſſecurator non tenetur de caſu ſiniſtro ſecuto,non enim tenetur niſi de uiagio conuento, quod intelligitur de primo, l.ſi unus,§. Ante omnia,ff.de pactis;ſicut qui uenderet ſimpliciter uuas pomarij, & illud fructuaret bis anno, intelligeretur de primo fructu, Iaſon in l. Diuortio §.quod in anno,num.15.

Sed cum dicta nauis diuerterit ad extraneos actus,ſunt facta plura itinera, itaque primũ dicitur mutatum, naui enim diſcedente Neapoli Siciliam uerſus, incipit nouum iter, & ex conſequenti, primus aſſecurans non tenetur, de ſecundo: aliàs ſequeretur, quòd ſuper uno corpore nauis ſoluerentur duæ aſſecurationes,quod non eſt licitum.

Pro iſto caſu, uide Deciſiones Rotæ Ienuæ, Deciſione vigeſimaquinta.

Sed quid dicendum ſi nauis periclitaretur non caſu,ſed culpa patroni nauigantis eam?

Luſitanus in tract. ſup. mercat. ait, culpa commiſſa per gubernatorem non excuſat aſſecuratorem, uerum aſſecurator poteſt agere contra gubernatorem,cuius culpa periculum accidit, niſi per apodiſſam, aut contractum aliter conuentum fuerit,uel conſuetudo in aliquo loco aliud obſeruaret,ut obſeruatur Ienuæ.

Poſtremo quæritur, an deponens aliquid, quod conſiſtit in pondere, numero, & menſura cum facultate, vt depoſitarius vtatur eo pacto, aut intentione principali habendi aliquid fieri liceat? Dicitur, quod non, quia ſic in effectu mutuat,& pactum illud, aut ſpes habendi illud plus, eſt peccatum mortale,per ſuperius dicta, Nauar.capit.17. num.181.idem de ſimilibus caſibus iudicandum. *Dubium de depoſito.*

15 *Quod aliàs debetur licitè poteſt exigi occaſione mutui.*

Sexto & vltimo ad conſtituendã vſuram, requiritur, ut illud plus, quod accipitur ex mutuo non debeatur ex alio debito, & ideo dictũ fuit in fine definitionis (aliàs non debitum) quia aliquando ex occaſione mutui accipere poteſt ultra ſortem principalem aliquod plus, quod ſibi alia ratione debebatur, puta ex eo contractu, uel quaſi contractu debito, vel quaſi debito, lege, vel ſtatuto, uel ſententia ad id obligante conſcientiam, teſtamento, vel alia vltima voluntate, & huiuſmodi, & aliter recuperare non poterat.

Sicut enim accidit illi, qui debens habere ab aliquo quantitatem aliquam, vel quia illi mutuauit, uel ſeruiuit, aut alios labores præſtitit, vel res commodauit, & ſimilia, & non valens exigere, vel quia ille negat, & ipſe non poteſt probare, vel quia ille eſt potens in opere & ſermone, & ipſe non poteſt præualere, vel ſaltem ſine magna difficultate exigere nequit, & ſimilia, ſecretè ſurriperet ei tantum, quantum ſibi debebat in tali caſu, non ſolum non tenetur ad reſtitutionem, ſed nec etiam peccat. Dico, nec peccat, ſi concurrunt hæ conditiones, ſcilicet, quòd non poſſit aliter ſuum recuperare, vt dictum eſt, & quòd ita ſecreto fiat, ut non incurrat periculum infamiæ, aut ſcandali, ſi ſciretur, ac denique ſi factum poſtea non redundaret in damnum tertij ex aliqua prçſumptione, id eſt ſi probabiliter dubitatur, quòd ex illa ſurreptione inculparetur alius innocens, quia tunc eſſet peccatum, quamuis non teneatur ad reſtitutionem, ſuum recuperando, vt potuit.

Ita dicendum in propoſito caſu mutuandi.

Ex hac declaratione dilucidantur multi caſus accidentes ſuper hac materia, quibus dilucidatis, res erit clarior.

Primus caſus eſt, ſi quis deberet conſequi ab alio triginta aureos, & non valeret illos exigere, vel quia non poteſt debitum probare, aut liquidare, uel quia debitor eſt potens opere & ſermone, & huiuſmodi: mutuat ei centum, ut per contractum obligetur pro centum, & triginta ſoluendis in tali tempore: licitum erit, ſine vitio vſuræ. Nau. cap. 17. num...

Secundo, ſi quis paſſus eſt damnum in bonis, vel in perſona ab aliquo, quem ad reſtituendum damnum ſibi illatum, reſtringere non ualet, uel quia ille hac uia ſe prodere nollet, poſſet eodem modo mutuando recuperare, quod ſibi pro tali damno deberetur.

Tertio, ſi quis donauerit aliquid contra ſuam voluntatem, ductus aliquo iuſto timore, aut quia impulſus ab aliquo ſuperiore contra rationem, ſeu contra leges, & ſimilia, poſſet eodem modo reintegrare ſe in priſtinum, mutuando ut ſupra.

Quarto ſi alicui deberentur centum, aut ſimila ex legato in teſtamento relicto; in caſu, quo teſtamentum non erat ſtipulatum propter prçuentionem mortis teſtatoris, in quo caſu ſolum de iure naturali ſibi debebantur, ſed quia teſtamentum non erat ſolennizatum, hçres nollet ſoluere, nec poſſet, aſtringi: tunc licitum erit cum eo conuenire mutuando cum pacto, vt vna cum ſorte mutuata ſoluat legatum eodem modo, vt dictum eſt ſupra; Medina in tractatu de vſuris, capitulo primo. Abbas in cap. quia plerique, de immunitate eccleſia.

Et denique vniuerſaliter quomodocunque aliquis debens habere ſuum, & illud exigere non ualẽs, potuerit ex occaſione mutui illud recuperare: dummodo debitum ſit liquidum & certum, quia ſi eſſet dubium non liceret.

Hic dubitatur licet ne mutuare ei qui uolebat me iniuſtè accuſare uel contra me iniuſtè teſtificari cum pacto, ut abſtineat ab huiuſmodi uexatione? Reſpondetur affirmatiuè, quia vnicuique ſuam vexationem redimere licet, capit.

dilectus,

Digitized by Google

dilectus, i.de ſimonia. Et ſi volebat me iuſtè, imò tenebatur accuſare? licet ne mutuare, vt deſiſtat? Reſpondetur negatiuè, imò in tali caſu accuſator aliquid accipiens, tenetur ad reſtitutionem. Idem dicendum de illo, qui à iuſta accuſatione retrahendo ſe iniuſtè deſiſteret, accipiendo aliquid, cap. non ſanè, 14. quæſt. 5. Nauar. cap. 17. num. 95.

Digitized by Google

SVMMARIVM MATERIERVM,

Quæ continentur in hoc octauo Capitulo, & primo circa emptionem, & venditionem.

1 *PRoponitur tractari, quando poſſit interuenire vſura circa contractus emptionis, & venditionis.*

2 *Ponitur primũ fundamentum, ideſt declaratur, negotiatio quare fuerit inuenta: & quæ circunſtantiæ eam faciant bonam, quę malam.*

3 *Pro ſecundo fundamento definitur, quòd ſit pretium iuſtum rerum venalium.*

4 *Pro tertio fundamento demonſtratur, pretium iuſtum eſſe duplex, legale ſcilicet, & naturale: vbi declaratur illa ſententia, quæ dicit; Res tanti valet, quanti vendi poteſt.*

5 *Probatur vſuram eſſe, vendere rem pluris quam pretio currenti: eo ꝙ datur temporis dilatio ad ſoluendum; ita econtra, emere minus iuſto pretio, eo quòd anticipatur ſolutio.*

6 *Qui carè emit ſuas merces, & non potens lucrari eas vendẽdo pretijs currentibus, non ideo poteſt eas vendere plus alijs propter temporis dilationem quam ad ſoluendum dat, vt aliquid lucretur.*

7 *Qui merces repoſitas tenet, vt eas vendat tempore, quo plus valere ſolent, poteſt per hoc eas vendere pluris quam valent pretio currenti.*

8 *Qui ſua venalia prę manibus habet, vt ea ad nundinas conducat; vbi certò ſcit, ꝙ lucrabitur: ſi in illo tunc quæretur ab indigente eis, poteſt illa vendere tanto maiori pretio, quod currit in loco vbi conſignatur, quanto iudicabitur, quòd lucraretur ea ad nundinas ferendo.*

9 *Declaratur, quando liceret emere credito aliquid, deinde illudmet vendenti vendere minus, pecunia numerata.*

10 *Non eſt licitum vendere aliquid tanto pretio, ſoluendum pro tali menſe, hoc pacto, ſi in illo menſe plus valebit, ſoluat illud plus, ſin minus, pretium conuentum.*

11 *Qui emit aliquam vineam, equum, oues, vel ſimile frugiferum, ab eo, qui talia non habet, & poſtea illi dicta locaret, aut daret ad partem lucri, ſi id ſcienter facit, vſuram committit, ſi autem ignoranter, excuſatur, donec ignorantia durat.*

12 *Qui emit vinum muſtum tempore vindemiarum, vel triticum tempore meſſium, cum pacto, vt venditor illa conſeruare habeat vſque ad*

tale

tale tempus, vſuram committit, & ſi non interuenit pactum, iniuſtitia eſſet.

13 *Declaratur, quando licebit emere ſine vitio vſuræ actionem aliquam prætendentium, expectatiuum, debitum futurum, vel ſimile, minus eo, quòd in facto eſt.*

14 *Declaratur, quomodo fructus in berba emi poſſint alicuius maſſariæ, vineæ, pomarij, vel ſimiles, ſine peccato.*

15 *Theſaurarij, cancellarij, procuratores, & ſimiles, qui ex officio tenentur ſoluere prouiſiones militibus ſeruientibus, & ſimilibus, nihil pro ſe retinere poſſunt cum bona conſciẽtia; eo quòd ipſos citius expediunt; & multo minus, eo quòd anticipant illis ſolutiones, ſeu prouiſiones.*

16 *Non licet vendere carius iuſto pretio ad tempus expectatum, eo intuitu, quòd debitor non ſoluet tempore debito.*

17 *Non licet vendere merces pluris pretio currenti in fine nundinarum credito, eo quòd in principio plus valuerunt.*

18 *Hic examinatur quoddam difficile dubium, à multis Doctoribus agitatum, & finaliter pro bonis conſcientijs reſolutum.*

19 *Declaratur illa communis ſententia, quomodo intelligi debeat, ſcilicet, res tanti valet, quanti vendi poteſt.*

20 *Qui emit rem citra dimidium iuſti pretij, non poteſt tuta conſcientia frui fructibus eius, ſed ſupplere iuſtum pretium.*

21 *Docetur, quando vendens bona alterius, ſibi retinere poſſit aliquid de pretio earum.*

22 *Qui vẽdit rem defectuoſam, pro optima, aut emit rem pretioſam, pro vili ab eo, qui illam non cognoſcit, iuſtitiam offendit.*

23 *Qui vendit equum vitioſum pro bono, ſi vitium eſt occultum, tenetur reſtituere, quantum vendidiſſet illum minus cum vitio manifeſto.*

24 *Vendere in nundinis merces alienas pro ſuis, non licet.*

25 *Qui vendit comeſtibilia notabiliter carius pretio à lege taxato, tenetur pro illo.*

26 *Theſaurarius, depoſitarius, vel alius, qui pecuniam alienam cõſeruat, ſi vtitur ea cum damno & intereſſe domini, ſine eius licentia, tenetur de omni damno.*

27 *Res, quæ in ſubbaſtatione plus offerenti venditur, vt iuſtè empta ſit, ad id quattuor conditiones requiruntur.*

28 *Condemnantur monopolia, quæ à mercatoribus fieri ſolent.*

29 *Condemnantur, qui arte rerum pretia infirmare faciunt, ut ipſi poſtea vilius eas emant.*

30 *Declaratur quando licebit, & quando non, uendere rem cum occulto vitio, & ad quid teneatur in hoc fraudem committens.*

CAPI-

Digitized by Google

CAPITVLVM OCTAVVM

De Vſura circa emptionem, & venditionem.

1 *Mutuum interpretatiuũ quid ſit.*

DIctum eſt ſuprà, quomodo accidat peccatum vſuræ in mutuo vero; nunc reſtat declarare, quomodo in mutuo interpretatiuo, ideſt, in contractibus: & primo in emptione, & venditione. Vnde eſt aduertendum, quòd mutuum interpretatiuum circa hoc eſt, quando fit contractus emptionis, & venditionis ad tempus, ex cuius contemplatione datur aliquid plus iuſto pretio, propter pecuniam expectatam, vel datur aliquid minus, propter pecuniam anticipatam: in quibus cõtractibus implicitè, & indirectè habetur quædam ratio mutui. Et pro clariori intelligentia ponuntur multi caſus dilucidandi, in quibus aperietur, quando liceat vendere plus iuſto pretio, & quando non, ſine vitio vſurę. Sed antequam ad iſta deueniam, tria ſunt prælibanda.

Tria prælibãda.

2 *Primum.*

Negotiatio quandoque illicita. Quandoque fraudulenta, quandoq; periculoſa.

Primum prælibandum eſt. Negotiatio, quæ conſiſtit in emptione, & venditione rerum, quæ mercantur, vt inde lucrum reportetur, quantum eſt de ſe, ideſt ex natura ſua, non eſt bona, neq; mala: neceſſaria tamen eſt Reipublicę pro communi omnium vſu, & commoditate, ſed ex quibuſdam circunſtantijs, poteſt illicita reddi, & quàmpluribus fraudibus, quæ quandoque in ea miſcentur, periculoſa efficitur: Fit enim illicita ratione rei, quæ venditur, quando ex natura ſua eſt inuendibilis, vt ſunt ſpiritualia, quæ negotiatio Simonia vocatur, de qua poſterius dicetur; Fit item illicita ratione perſonæ, quæ negotiatur, vt ſunt Clerici, quibus interdicitur negotiatio, diſt. 88. per totam; Fit item illicita ratione temporis, & loci, vt in diebus feſtiuis, & in Eccleſia: Fit etiam fraudulenta, quando mendaciis miſcetur. Et denique periculoſa, quia inextinguibilem ſitim lucrandi generat. Vnde, homines eius auiditate multa incommoda, & damna plebi pariunt: de quibus inferius.

3 *2. Prælibandum.*

Res venalis æſtimanda eſt ſecundũ uſum humanum.

Secundum eſt: non licet venditori vendere res ſuas quantum poteſt, ſecundum Legiſtas, & Canoniſtas, quia eſt ſentẽtia Iuris, 10. q. 2. hoc Ius, addita Gl. Ratio huius eſt, ſecundum D. Tho. 2. 2. q. 77. quia emptio, & venditio pertinẽt ad Iuſtitiam commutatiuam, quæ conſiſtit in quadam æqualitate, quę æqualitas non eſt æſtimanda ſecundum naturam rei in ſe, ſed quatenus venit in uſum humanum, ideſt quantum hominibus deſeruit: unde neceſſitas, copia, & inopia, labor, & induſtria, bonitas, & malitia mercium, uenditorum, & mercãtorum frequentia, & huiuſmodi, faciunt pretia uaria rerum. Ad indagandum autem (ſecundum prudentum ſpeculationem) iuſtum, & ęquale pretium mercium, dicendum eſt.

Definitio pretij iuſti.

Pretium iuſtum, & æquale ſecundum Innocent. Rain. & poſt eos Sylueſt. Verbo, Emptio, & Nauarrum, cap. 23 num. 77. eſt illud, quod ſecundum communem æſtimationem regulariter currit in foro, loco, & tempore, ubi, & quando fit contractus uenditionis, pecunia numerata, quando res traditur de præſenti, attenta illius bonitate, & malitia intrinſeca, copia, uel paucitate mercium illius generis, ementium, & uendentium eaſdem, & ſtatutis ſuperiorum.

Et ut ſingula uerba intelligantur, declarabo. Dixi (ſecundum cõmunem æſtimationem) propter duos, uel tres, qui aliter ęſtimarent res ſuas. exemplum de

illo,

Digitized by Google

illo, qui habet triticum ad ſeminandum aptum, vendit illud magis quàm valet communiter. Dixi (regulariter) quia quandoque pretium poteſt communiter currere fraudulenter, & malitioſè, & eſt, quando aliqui augent pretia malitioſè, vt poſtea carius vendant merces illius generis, vel minuunt, ut poſtea utilius emant: vel quando aliqui mercatores vendunt merces ſuas pecunia expectata, magis quam venderentur ad numeratum, vt plus lucrentur: vel quando aliquis Dominus Tyrannus ſine cauſa rationabili ſtatueret pretia iniuſta terris ſuis: omnia huiuſmodi pretia ſunt iniuſta, etiam ſi communiter currant. Dixi (currit in foro) quia in domibus quandoq; res venduntur plus quam regulariter valent. Dixi (loco, & tempore) quia res eiuſdem generis plus ualent in vno loco, quàm in alio, & plus in vno tempore, quam in alio: ideo attendendum eſt pretium illius loci, & temporis, vbi, & quando fit contractus.

Dixi (pecunia numerata) quia ut dictum eſt, propter dilationem, vel anticipationem temporis, quandoque res venditur plus, vel minus iuſto.

Dixi (attenta bonitate rei, vel malitia) quia ob eas vna res ualet plus, uel minus alia eiuſdem ſpeciei. (Dixi copia uel paucitatis mercium) quia ob paucitatem mercium pretia creſcunt, & ob copiam decreſcunt. Idem facit copia, & paucitas ementium, & vendentium. Dixi denique (& ſtatutis ſuperiorum) quia ob iuſtas cauſas, & rationabiles, ſuperiores habentes poteſtatem ad id, poſſunt ſtatuere pretia: & ſine cauſa iuſta non ualeret ſtatutum, vt dictum eſt ſupra, & dicetur. Omnia igitur iſta ſunt obſeruanda, ut ſeruetur iuſtitia in pretio.

Tertium prælibandum eſt, quòd pretium iuſtum eſt duplex, ſcilicet legitimum, & naturale, legitimum conſiſtit in indiuiſibili, quod Lege, Statuto, ſeu Pragmatica principis, Vniuerſitatis, & cuiuſcunque ſuperioris ad id auctoritatem habentis, ſtatutum eſt, concurrentibus quibuſdam conditionibus debitis ſcilicet, quòd finis illius legis, vel ſtatuti ſit bonum commune, & vniuerſale, & non proprium intereſſe, aut auaritia: & ꝙ ſtatutum in taxando pretia ſit rationabile, aliàs ſtatutum hoc non obligat, quod pretium rationabiliter poſitum, ſi notabiliter excedit, eſt peccatum mortale, & in totũ exceſſum reſtitutioni obnoxium eſt. Sot. de iuſt. & iure, lib. 6. q. 2. art. 3. Sed quia omnibus rebus pretia ſtatui non poſſunt; ideo relinquitur ementium, & vendentium æſtimationi; quæ æſtimatio pretium naturale vocatur, quia ſecundum rerum naturam vſui accommodatam currit: Quod naturale pretium ſecundum D. Th. ſecunda, ſecundæ, & Scotum 4 diſtinct. 15. quæſt. 2. non ſtat in indiuiſibili, ſed habet latitudinem, habet enim ſupremum, medium, & infimum: puta res, quæ regulariter valet triginta, ſummum pretium erit triginta duo, & infimum viginti octo, & omnia iſta pretia vocantur iuſta. Et ſi dicatur res, tanti valet quãti uendi poteſt, l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Trebel. Reſpondetur, ut ait Scotus quo ſupra, hanc ſententiam non eſſe intelligendam, vt verba ſonant, aliàs liceret uendere ultra medietatem, quod eſt falſiſſimum; ſed intelligenda eſt, vt ex Doctoribus colligitur, concurrentibus tribus, ſcilicet ut uendatur eo pretio, quo vendi poteſt in loco illo, tempore, & modo communi uendendi, ſecluſa omni fraude, vi, & dolo, ait Nauar. cap. 23. num. 80. & quòd vendens non cogatur, aut ſuffocetur aliqua neceſſitate, ſcilicet quando moriens fame, aut patiens aliud ſimile, & emens hoc cognoſcens uilipendit eum, & rem ſuam, vt uendat eam multo minus, quam ualet, iuſto pretio: & quod contrahentes non ignorent qualitatem rei, puta ſi ruſticus uenderet annulum, aut petram pretioſam non cognoſcens eam, multo minus, quam ualet, quod ſi ſciret non uenderet: vel ſi emeret auricalcum pro auro optimo, non cognoſcens illud, &

ſimilia

4 Tertium prælibandum. Pretium duplex.

Pretium naturale nõ ſtat in indiuiſibili.

Res tanti valet quanti uẽdi poteſt, quo modo ſit intelligendum.

ſimilia cum omnia iſta prænarrata faciant actum inuoluntarium, reddunt contractum fraudulentum ait D.Tho. ſecunda,ſecundæ.

5 Sed ſi ſcitis quid uendit,& liberè ſine coactione uendit,ſi minus uendit,reliquum donare,præſumitur.Sylu.Verbo,Emptio.§.10.

His ſtantibus, ponuntur multi caſus examinandi, & primo reſpondetur quæſito propoſito. Qui vendit carius ultra latitudinem iuſti pretij, quia de pecunia emptorem expectat; uel emit minus iuſto, quia dat pecuniam antequam res ſibi tradatur, peccat peccato uſuræ; quia huiuſmodi contractus implicitè habent ſpeciē mutui, puta res, quæ ualet uiginti, pecunia numerata, uendatur uigintiquinque expectata pecunia uno anno, tunc illa quinque ſuperflua dantur, ac ſi pro illo tempore pecunia eſſet mutuata, & ſic venditur tempus quod non licet. D.Thom.ſecunda.ſecundæ, quæſtio.78.artic.2.ad ſeptimum argumentum.Syluest.Verbo,Emptio. §.7.Nauar.cap.23.num.81. hoc idem probat Sotus multis rationibus eodem lib.quæſt.4.artic.1.quamuis Medina oppoſitum teneat contra communem ſcholam Theologorum cuius ratio eſt:debitor,qui tenetur in tempore ſoluere pretium rei, & uenditor,qui tenetur conſignare merces uenditas ad tempus,poſſunt in paupertatem incidere,antequam debitum ſoluatur, aut merces conſignantur,& propter inopiam impotentes effici ad ſatisfaciendū;uel ſaltem maligni,ſic ut nollent ſatisfacere tempore præfixo: ita quòd cum huiuſmodi pericula, uel difficultas exigendi poſſint pretio æſtimari, conſequens ſit, ut merces uenditæ cum tali periculo ualeant plus,quam præſente pecunia: & ita merces emptæ ante tempus conſignationis,minus quam ſi conſignarentur ſtatim: & maximè licita hæc eſſent quādo ueriſimiliter dubitaretur hæc pericula currere. Sed ſi hæc ratio ualeret, militaret utique illi,qui mutuat, dum eadem pericula curreret mutuando, & tamen iſta ſunt prohibita lege Diuina: unde Eccleſia declarauit talia pericula nullius eſſe conſiderationis,& ideo tales contractus illicitos,per cap.ſi ciuitate,de Vſu.omnino reddit.

Medina contra communē *Ratio eius.* *Confutatio.*

6 Primo dubitatur, an liceat uendere merces carius, quam ualent pretio currenti,dilata ſolutione,ex eo quòd emit caro, & computatis ſumptibus,moderato lucro aſcendunt ad pretium, quo numerata pecuniá uendi non poſſent? Dicitur quòd non: quia fieri ſolet, ut ſumptus ſint immoderati expendendo plus debito,uel quia deceptus ſit in emendo carius iuſto, uel quia abundantia talium mercium, quæ confluxerunt,pretium minuerunt,quare aliquando minoris quam emit uendere debebit, ut accidere ſolet. Sotus quo ſupra.Nau. cap.15.num.128.

7 Secundo quæritur, an liceat uendere merces ad tempus, plus quam ualent pretio currenti, ex eo, quia erat ſeruaturus, & nolebat tunc eas uendere, ſed hoc facit, ut ſeruiat amico? Reſpondetur quòd ſic, ut patet per capit. in ciuitate. & ratio eſt: nam res, ut dictum eſt ſupra, debent æſtimari, ſecundum quòd uſui humano accommodantur, ſed iſtæ non erant diſtrahendæ, & uſui humano applicandæ, niſi pro tali tempore, ergo ſecundum illud tempus, quo erant diſtrahendæ, & uſui applicandæ debent æſtimari: unde talis non ſolum poſſet uendere pretio indefinito, ſcilicet prout erunt ualituræ tali tempore, uerum etiam pretium ſtabilire,concurrentibus tamen quatruor: primò quòd eas propriè erat ſeruaturus, & nolebat eas nunc uendere:ſecundo,quòd illæ merces erant duraturæ, & non marceſcibiles: tertio, quòd tempore ſolutionis probabiliter credatur illas eſſe plus ualituras: quarto,quòd deducantur pericula,ſi quæ currerent expenſæ,& decrementum quod facere ſolent:quæ omnia conſideranda ſunt ſecundum qualitatem mercium,aliàs una iſtarum deficiente,Vſura erit. Sylu.Verbo, Vſura,2.§.2. Sotus, lib.6.

Reſponſionis ratio.

Digitized by Google

lib.6.de Iuſt.& iure,quæſt.4.art.2. Et concurrentibus omnibus iſtis, eſt aduertendum ſecundum Scot.in 4 diſtin.15.& Sot.loco citato, quòd illud plus pretij, ſi taxandum eſt,cum tali diſcretione ſit, quòd veriſimiliter cum prudentia iudicetur merces tantum ualituras: nam ſi pretium eſt tale, per quod venditor poneret ſe in tuto, & emens in omni currente periculo, tunc erit illicitum.

Item quæritur de illo,qui uolebat deferre merces ad locum, ubi plus ualebant,ſi poteſt eas uendere plus hic, ubi minus ualent: ad inſtantiam alicuius, qui mercibus illis indiget? Dicitur quòd poteſt, ſi ſit certum de lucro deductis tamen expenſis,laboribus,& periculo adeundi compenſato,ac etiam ſi ſtatim ſoluuntur, ſin autem ad credentiam uenderentur propter magnam neceſſitatem,non liceret, quia præſumeretur aliqua fraus, etſi conſtaret hanc non interuenire licitum eſſet. Sylu.quo ſupra. 8

Et multo magis concurrentibus iſtis conditionibus prædictis, licitum erit mercatori,uolenti merces ſuas ſeruare,vendere illas cum hac conditione, ut quando uoluerit ponat pretium iuſtum,currens tempore poſitionis, dummodo eo poſito,amplius non variet: & ſi eo die fuerit uarium quando ſit pretiũ, accipiatur mediocre,uel magis commune. Et ſi pro termino impoſitionis pretij non ſtatuatur dies,ſed ſeptimana,uel menſis,ſtetur in illo pretio,quod longiori tempore cucurrit,ſeu durauit illa ſeptimana,uel menſe: & quod pretiũ ſit iuſtum, & currens cum conditionibus recitatis ſupra in definitione pretij iuſti. Auctores qui ſupra.

Tertiò quæritur, an qui uendit indigenti pecunia vlnam panni, aut ſimile ad credentiam pro ducatis ſex, ut poſtea ab eodem reemat quinque ad numeratam,vſuram committat? Dicitur quòd ſic: Sin autem vendens non cogitat de reemptione, ſed ſimpliciter uendit,& ille, qui emit non inueniens cui illã uendat,uellet poſtea emptori pro minori pretio vendere licitum erit,dummodo contractus non exeant latitudinem iuſti pretij,ſcilicet ſummi,& infimi ut dictum eſt ſupra.Sylu.quo ſupra,§.4.Nauar.cap.17.nu.243. 9

Quarto qui vendit merces pretio currenti, ſoluendas pro tali tempore,cum pacto quòd ſi tempore ſolutionis pretij, plus ualebunt, teneatur dare illud plus,ſi autem minus ualebunt non poſſit dare minus. Vſurarius eſt,quia ratione dilationis,interuenit tacitè mutui ſpecies.Sylu.Verbo,vſura,2.§.5. 10

Quamuis Diabolus nunquàm ceſſet multis varijſque laqueis, hominem ad damnationem trahere, nullo tamen alio ſtudioſius utitur, quam auaritiæ laqueo; cum illa ſola, plures ad inferna perducat, quam cætera alia peccata: tum quia eſt omnium malorum radix, tum etiam propter reſtituendi difficultatem; ſine qua eum, qui eſt ſoluendo apud Deum pœnitere non iuuat. Et quod magni refert; multi non reſtituunt, eo quòd malis lucratis, conſcientiam non faciunt: decipiuntur enim in modo negotiandi, ubi multas uſuras committunt,ignorantia uelatas,quæ non excuſat à peccato. Et ut quiſque ſibiipſi conſulat,proſequendo materiam uſuræ,difficile dubium affertur, quintum in ordine. 11

Qui emeret oues,vaccas,equas, pomaria, rura, & alia ſimilia frugifera,ab eo,qui realiter illa non poſſidet:deinde eidem locaret tanti pro quolibet anno;cõmitteret ne vſuræ peccatũ? Ad hoc diuerſimodè reſpondetur,propter caſuum diuerſitatem.Verum antequam incipiam,unum caſum reſoluam, qui de ſe clarus eſt,ſcilicet ſicut Petrus à Ioanne emere poteſt centum oues,eaſq; poſtea Marcello in ſocietatem dare,aut locare conuenienti penſione,& pacto iuſto,ita eaſdem dicto Ioanni locare poterit;cum in hoc caſu non ſit maior conditio unius,quàm alterius. Dico(cõuenienti penſione)quoniã ſi Ioannes vendens

dens ſua bona neceſſitate ductus,cum hac conuentione,vt poſtea ſibi locen-tur ne in totum eis ſpoliari videatur;& emptor id cognoſcens magnā ſibi penſionem ſoluendam imponeret, eſſet iniuſtitiæ peccatum. Dico etiam(pacto iuſto,)nam ſi paciſceretur,vt Ioannes de omni periculo,& damno, quæ dicta animalia paterentur,teneatur,& tempore reſtitutionis dictas centum oues incolumes reſtituere debeat,omni ex parte illicitum eſſet;ratio enim expoſcit, vt pereuntes,domino pereant,& non conductori, vt colligitur ex l.incendiū, C.ſi certum petatur,& l.pignus,C.de pig.act. Niſi Petrus, vt à periculis quæ oues pati ſolent,ſe liberando tantū Ioanni ſolueret, ut ſuper ſe illa ſuſcipiat, quantum iuſtè æſtimari poſſent: quod quandoque fieri ſolet, vt conductori attentius curæ ſint oues.

Reſpondendo igitur ad dubiū,ſit primus caſus. Si Petrus emeret à Ioanne pomarium, quod poſſidere fingit,ſed reuera non poſſidet, deinde illud eidem locaret tanti pro quolibet anno,credens bona fide Ioannem illud habere; Petrus excuſabitur,donec fuerit in bona fide:verum cum illud ſciuerit,contractū reſcindere tenetur,& de fructibus perceptis ob penſionem, tantum extantes reſtituere tenetur. Puta emit vineam, quam eidem locauit pro tot vini doliis ſingul s annis,illud ſolum vinum reſtituere tenetur,quod tempore, quo illud ſciuer t,inuenitur in poſſe locatoris. Niſi conditionem,quam cum Ioanne habuit realiter,& verè cum alijs habuiſſet,& eius occaſione refutauit:tunc enim non tenetur vinum reſtituere, ratione ſui intereſſe paſſi ob deceptionem ſibi factam,ait Sylu.Verbo,vſura.2.§.6.

Alius caſus erit.Si poſtquam aduerterit Ioannis deceptionem, adhuc exigere perſeuerauerit,aut ſcienter, & malitioſè cum Ioanne negotiauerit ſuper illud,quod verè non poſſidebat;exempli gratia nolens ei mutuare gratis, fingit ab eo emere domum;deinde facit cōtractum locationis,vt pro tali affictu, tot ſoluat quolibet anno.In hoc caſu erit fraus vſurę & penſionem,tuta conſcientia exigere non poteſt:quia cum exigat ſuper illud,quod realiter non eſt: tota intentio fertur ſuper pecuniam ſolutam, habetque mutui odorem ſub ſpecie emptionis. Ad hoc facit l.de cond.ſine cauſa.per totum.

Tertius caſus,vbi detegitur malitia à Diabolo inuenta, circa eos, qui vſuris aſſueti ſunt, nolentes mundo oſtendere, quòd lucrantur ex mutuo utuntur quibuſdam contractibus doloſis,hoc modo. Nolentes mutuare Agricolæ indigenti ducentorū aureorū ſumma,ſimulāt emere ab eo ducentas oues,quas non habet:eaſque poſtea in ſocietatem tradunt,pro tempore vnius anni, uel duorum, cum pacto, & conditione,vt eas integras conſeruare debeat, deinde anno elapſo eaſdem, pro eodem pretio reemere teneatur, reſtituto pretio ducentorum ducatorum. Quid aliud eſt hoc, quàm manifeſta fœneratio, cum in fine anni pecuniam ſuam ſecuram habeat,inſuper & lucrum figuratum,pro pretio agnorum,lactis,& lanæ,ſine luporum periculo,ac aliarum infirmitatū, quas pati ſolent oues,vt etiam Sotus ait lib.5. de Iuſtitia & iure, quæſt.4. artic.2. Hinc perſpicere poteritis circa alios ſimiles contractus, vt tot exempla non afferam.

12 Sexto,nunquid emens granum tempore meſſis, vinum tempore vindemiarum,ligna tempore putationis & huiuſmodi,pretio currenti,cum pacto,vt tot menſuræ reddantur in Paſchate,aut ſimili,ſit vſurarius? Reſpondetur, ſi tunc erat empturus,& deducentur labores,expenſæ, decrementum, & ſimilia quæ patiuntur merces emptæ,ac etiam periculum quod currere poteſt, donec conſignentur,non eſt vſurarius. Si autem tunc non erat empturus, ſed requiſitus placet hac via lucrari ſine faſtidio, vel prænarrata non deducuntur, non eſt dubium,quin vſuram ſapiat,ſecundum Hoſt. & Sylu.quo ſup.§.8.

Septimo,

Digitized by Google

Septimo quæritur, liceatne emere actionem, quam Titius habet, exempli gratia, ſuper bonis Seruij, aut debitum aliquod, tali tempore exigendum, vel cenſum, penſionem, pagas immaturas, vel aliud ſimile, minori pretio, quam regulariter valent, eo quòd pecunia ſoluitur ante tempus recuperationis eorum? Reſpondetur, & primo quo ad actionem. ſcito, vt negotium facilitetur, actionem eſſe duplicem, vna eſt realis, altera perſonalis. Actio realis dicitur omnis ratio, quæ competere poteſt, aut iuriſdictio, quam habet homo, ſuper bonis alterius, propter quæ contra illum agere poteſt, eum in iudicio conueniendo, vt ſibi reſtituat, quod prætendit. Et hęc non præſupponit hominem obligatum, ideo realis dicitur, quia ratio obligationis reſpicit res ipſas, & non perſonam poſſidentem. Actio perſonalis dicitur, quando iuriſdictio perſonam dicit eſſe obligatam per contractum, maleficium, aut quamlibet aliam rationem reſpicit: quæ iuriſdictio quamuis ſit de aliqua re, ſeu bonis, dicitur tamen perſonalis, eo quòd perſona poſſidens talia bona, quodammodo obligata inuenitur, vt in exemplis melius videbitur. Actio realis eſt quoque duplex. Vna dicitur incorporea, altera corporea. Incorporea dicitur quædam iuriſdictio, aut ſeruitus, quæ inuenitur ſuper alterius bonis, ut eſt dicere. Petrus habet actionem, vt tranſire valeat per rus tuum, cui talis aditus negari non poteſt, vel ut poſſit tenere feneſtram ſuper tuo pomario, vel habet vſum pro ſeruitio ſuæ familię, ſuper tuum molendinum, aut furnum, vel habet vſum aquę ſuper tuo puteo, vel ſeruitutem quandam domus tuę, ut muros erigere non poſſis, & ei lumen occupare, & his ſimilia, & de huiuſmodi loqui non intendo, poſſunt enim vendi quocunque modo, dummodo in eis iniuſtitia in pretio nõ interueniat, puta dominus illius actionis neceſſitate premitur, aut ab alio ſuffocatur, & Petrus cum eum iuuare poſſet, non vult, ut inducat eum ad uendendum illam actionem minus iuſto: Vel aliter, vt à quadam ſeruitute ſe abſolueret, illius dominum indirectè magna moleſtia afficiet, vt ſibi illam inuitus vendat, eo quòd illam alienandi voluntatem non habet, tunc eſſet magna iniuſtitia. Altera vocatur corporea, quæ conſiſtit in certis bonorum rationibus, & competentijs, & de hac eſt ſermo quo ad actiones reales, & dicitur. Petrus prætendit habere dotes ſuæ matris ſuper bonis Franciſci, vel quandam domũ dotalem ſuę matris, malè à ſuo patre alienatam, vel ſucceſſionem quandam ſui aui, vel aliqua bona ab aliquo iniuſtè occupata, ob temporis, vel loci obliuionem, aut ob bella, aut tyranni violentiam, vel alias ſimiles occaſiones, & cum non poſſet huiuſmodi recuperare, eo quòd nummis caret pro lite nutrienda, vel quia occupans dicta bona, cum ſit potens, contra eum præualere non valet, vel quia negotium dirigere neſcit, vel denique quia ſibi litigare non placet. Alter verò rem abſoluere aptior erit, vel quia eſt profeſſio ſua litigare, vel quia habet optima media, poteſt propterea talem actionem emere, minus quam ſit eius ualor. Veruntamen illa minoratio cum diſcretione fieri debet, habendo reſpectum ad incertum litis euentum, ad expenſas quę current, & labores præſtandos, plus vel minus, prout res erit plus vel minus clara, vel dubia, vbi autem huiuſmodi occaſiones non erunt, vel quia inſtrumenta ſunt liquida, vel modus illa recuperandi eſt facilis, & ſine expenſis, vel debitor ſe offert illa reſtituere ſine lite, itaque aliud non interuenit, niſi aliqua temporis mora ad ea recuperanda, non licebit ea minus emere, ſola temporis expectatione, quamuis prolixa fuerit, & dominus actionis aliqua neceſſitate inductus, vellet ea vendere, ait Abbas cap. Ex parte, & Innocen. c. In ciuitate, de Vſu. Sylueſt. Verbo, vſura 2. §. 14 Idem dicendum ſi eſſet aliqua donatio ſibi facta, & de facili recuperari non poſſet, quia debitor eſt litigioſus, vel cauſa patitur aliquam difficultatem, & donatarius litigare non va-

14
Emere actionem quando liceat.
Actio realis quæ, et.
Actio perſonalis, quæ.
Actio realis duplex.
Pro donatione.

non valet, alter verò valet, vnde ex hoc talem actionem minori emere poteſt; habendo reſpectum ad labores, & expenſas, quæ currēt, dum autem huiuſmodi neceſſaria non erunt, non licebit eam minus emere propter temporis expectationem: Exempli gratia: Petrus ab hinc ad annum recipere debet centum aureos titulo donationis, quos neceſſitate ductus, pro nonaginta cederet ei, qui ad præſens pecuniam ſolueret, non poſſunt tuta conſcientia lucrari illa decem, eo ſolum, quòd ante tempus nonaginta ſoluuntur. Nec in caſu militat illa regula legalis, minus eſt habere actionem, quam rem, vt inferius dicemus.

Pro legato. Quid autem dicendum de legatio facto in teſtamēto? Reſpondeo ſi hæreditas eſt ſufficiens ſoluere, & hæredes bonam habent voluntatem, ſed tempus tātùm curret ad ſoluendum, donec hæredes declarentur, & hæreditatem ſuſcipiant, ac debitas ſolennitates faciant, non per hoc ſolum minus vendi poſſet, quamuis legatarius neceſſitate id faciat. Si autem in hæreditate aderunt debitorum onera, ex quo dubitatur, ſi ſufficiet pro adimplendo legato, & hæres ſuſcipiet eam cum beneficio legis, & inuentario, propter quod non poſſet ita facilè cogi ad ſoluendum, vnde pro recuperatione legati, legatarius pateretur multas moleſtias; poteſt alter his de cauſis illud minus emere, quam valet, quamuis ipſe haberet media, quibus faciliter legatū exigeret, nō enim tenetur uti ſuis bonis medijs, in fauorem legatarij. Tunc autem eſſet damnabile, quando hæres fingeret in hęreditate eſſe debita aliena, ex quo legatarius dubitaret, an hæreditas ſufficeret pro legato ſatisfaciendo, vt ex tali timore concepto, occaſionem ſumeret, relaxandi aliquid de legato, ne totum amitteret, quod non obſtante, adhuc hęres tenetur in conſcientia pro reſtanti, eo quòd fraudulenter egit. Sicut etiam fraus eſſet, cum obligatione reſtituendi omnia, dum hæres occupando hæreditatem, fingeret creditoribus patris hęreditatem non ſufficere, pro omnibus, ut creditores aliquid de debito relaxarent, & ex induſtria hęreditatem cum beneficio legis, & inuentario, acceptando, ut non teneatur ad ſtatim ſoluendum, niſi hoc prudenter faceret, ut quod per uſuras creditores à ſuo patre extorſerunt, ipſe hęres, hac uia compenſaret, uti enim prudentia in ſimili caſu licitum eſt.

Pro actione perſonali. Quo ad actionem perſonalem dicitur. Exempli gratia. Petrus emit à Franciſco rus, vel ſuper illud annuum cenſum impoſuit ducatorum uiginti, nunc autem illud vinculatum, & obligatum alijs inuenitur. Vnde litigare oportebit, vt cenſum ſuper illis bonis cautum faciat. Vel aliter domum ab eo conduxit, nunc autem eam tradere non vult, poteſt hanc actionem, quam contra eum habet, alteri uendere, ut ab hoc faſtidio ſe abſoluat, pro minori pretio, & ille omnia pro ſe recuperabit. Item Petrus ſuper ſuis bonis notabile damnum à Marcello paſſus eſt, quod ille reficere tenetur, ſed non vult antequam condemnetur poteſt actio hęc emi minus eo, quod prætenditur ab homine aptiori ad id recuperandum, & ita dicendū eſt diſcurrendo per ſimiles caſus.

Pro debito. Quo ad actionem debiti declaratur hoc exemplo Si quis emat debitum Petri, quod debes conſequi à Franciſco, ab hinc ad unum annum, ſcilicet ducatos centum pro nonaginta, eo quod dat Petro modo pecuniam, ſit ne licitum? Reſpondetur, ſi debitum, quod emitur eſt exigibile ſine periculo, ſumptibus, vel labore, quia certiſſime ſperatur ſolutio à debitore, tunc non liceret, eſſet enim vſura aperta, quia illud plus, quod exigit, ad nil aliud refertur, niſi ad anticipatam ſolutionem, ſi autem id facit, habito reſpectu ad labores, quia debitum exigendum eſt fortè extra Ciuitatem, & ſimile, vel ad expenſas, quę currerent, vel ad difficultatem rehabēdi, quia debitor eſt litigioſus, aut quodāmodo impotens:

Digitized by Google

potens, vel eſt ita potens, contra quem creditor non poteſt præualere; & alter habet meliorem uiam exigendi, dummodo ceſſet vis, & fraus, fraus enim eſſet, ſi debitor data opera, ſe creditori oſtenderet tenacem, vt debitum vendere faceret, vel habito reſpectu ad aliquod intereſſe, quod pateretur emens, vt ſeruiret amico roganti: tunc licitum eſſet. Sotus lib. de Iuſtitia, & iure, quæſtio. 4. artic. 1.

Quo ad exactiones cenſuum, & penſionum, dicitur. Si eſt cenſus, pecuniarius, & ſumma eſt certa, & tempore, quo maturantur, creditur exigendos ſine labore, & expenſis, non liceret, eos minoris emi, ſine vitio vſurę. Si autem non ſine his recuperandos iudicabitur, tanto minus emi poſſunt, quanto plus expẽdetur, aut fatigabitur ad exigendos. Si ſumma eſt incerta, puta erit penſio ſuper furno, vel piſtrino, à quo exigitur media, vel tertia pars lucri, tunc emi poteſt, prout iudicabitur à viro prudente, illam valere, remota omni fraude, & corrupta intentione. Si autẽ cenſus eſt frugiferus, aut erit certus, puta tot vini dolia, ſuper tali vinea, vel tot tritici menſuræ, pro terris ſeminatorijs exiguntur, vel ſimile, tunc ęſtimari debet hęc penſio, prout iudicabitur, huiuſmodi fore valitura tempore exactionis. Aut talis cenſus erit incertus, puta medietatem vini, quod naſci poterit in tali vinea, vel tertiam partem tritici, quod in meſſe colligetur, vel ſimile, tunc erit magis difficile ęſtimare, quot valere poterit, vnde tunc iudicium ſumendum erit à temporum varietate, meſſium, vel vindemiarum abundãtia, & pretiorum qualitate, ac ſi emeretur fructus in herba ad iudicium prudentum, omni malitia, & fraude propoſita, quæ committi poſſet, dum emptor, vt ſe in tuto poneret, penſionem, & fructus colligendos, emeret multo minus iuſto, eo quòd venditor neceſſitatem, & perſecutionem patitur, puta Marcellus debet Petro certam pecuniarum quantitatem de menſe Mai, & non habens alium modum ſoluendi, vinum, quod ex ſua vinea alteri cenſuata, de menſe Octobris exacturum eſt, in herba ei vendere vult. Ait Petrus, pro tanto minori illud accipiam, aliàs in carcerem te conijciam, vnde Marcellus timore carceris, ei vinum vendit minus iuſto, in hoc & ſimili caſu, eſſet peccatum iniuſtitię, cum obligatione ſupplendi iuſtum pretium. Et ſi minoratio pretij in prædictis fiet contemplatione anticipatæ ſolutionis pecuniæ erit ſpecies vſuræ, quia venditur tempus. *Pro cenſibus.*

Quid dicendum, ſi emit pagas, vel redditus alicuius acerbos exigendos ad annum, pro minori pretio? Reſpondetur cum diſtinctione, ſi ſumma iſtarum eſt incerta, quo ad quantitatem, poſſunt emi minori ſecundum ęſtimationem rei ad iudicium boni viri. Aut eſt certa, & in ea currit aliquod periculum; exemplum, miles vendit pagas ſuas exigendas in fine anni pro minori, eo quod indiget pecunia, vnde ſi moritur ante tempus præfixum, reliquum tempus, quod ſupereſt, amittitur per ementem, qui non poteſt exigere niſi pro rata temporis, quo ſeruiuit miles, ratione iſtius periculi poteſt minus emi. Vel emendo ad inſtantiam amici, patitur aliquod verum intereſſe. Vel currunt labores, & expenſæ in exigendo, & tunc dicendum, vt ſupra. Si autem hoc facit quia vult lucrari hac via, ſecundum Sylu. quo ſupra, vſura eſt.

Et vniuerſaliter quando emitur aliquod ius, ſeu actio, quæ aliquo reſpectu redditur dubia, vel difficultuoſa ad recuperandum, vt ſunt donationes, legata, iura antiqua ſuper aliquo prædio, ſeu domo aliqua, ſucceſſio in aliquib. bonis, debitũ alicuius fugitiui, vel illius de quo dubitatur ſi eſt ſoluendo, & huiuſmodi, poſſunt emi minori ſecundũ æſtimationem actionis, quia minus eſt habere actionem, vel ſpem, quam rem.

Si autem illud, quod exigendum eſt ad tempus, in cuius contemplatione pecunia ſoluitur de præſenti, eſt liquidum, & certum, & ſine aliquo ſcrupulo, vel du-

Digitized by Google

vel dubio tempore maturato recuperabile, certum, & clarum eſt, quòd non poteſt vendi minoris, & illud, quod exigeretur plus quam ſit pecunia expoſita, eſt reſtitutioni obnoxium, quia ſub ſpecie emptionis latet ſimulata mutuatio rõne anticipatę ſolutionis, ſignum autem eſt, quòd quanto longius eſt tempus maturationis prędictorum, tanto minus emuntur. Nec dicendum eſt, quòd emitur actio, ſeu ius exigendi, vel ſpes quæ minus valent, quia hoc verum eſt, quãdo ſpes non eſt certa, & actio vel ius habet annexum aliquod periculum, aut laborem, ſiue aliquem alium reſpectum, ceſſanti omni fraude vſurarum. Sylueſt. Verbo, Vſura. 2. §. 14. Nauar. ca. 17. nu. 231. & hoc modo poſſunt conciliari dicta Doctorum, qui de hac re videntur varij.

Nota. Veruntamen notandum eſt, quòd in omnibus ſupradictis, quæ minoris emi poſſunt, illa minoratio ſit facta cum diſcretione ſecundum veriſimilem valorem actionis ad iudicium prudentis, aliàs eſſet peccatum iniuſtitiæ ſi emeretur actio alicuius multo minus iuſto, eò quòd vẽdens illam, indigeret pecunia, & ſua intereſſet habere in præſenti, quod tempore expectato ſibi debetur.

Qui dicendum, ſi obligatus ad annum ſoluere centum aureos, ſoluat ante tempus nonaginta quinque ad inſtãtiam creditoris indigentis illis, ſit licitum, extaret enim argumentum quòd poſſit, nam qua ratione poteſt tertius emere illud debitum, poteſt & ipſe ſuum debitum redimere. Reſpondetur, ſi debitor redimens debitum ad inſtantiam creditoris ſoluendo, patitur intereſſe, puta quia vendit merces minori pretio, quam ſi teneret eas vſque ad tẽpus ſolutionibus debiti, vel quia de pecunia erat lucraturus de propinquo, & hoc erat veriſimiliter certũ habito reſpectu ad hęc, ſecundum damnũ, quod patietur, ita licitum erit; ſed ſi ſolueret de pecunia otioſa in arca, quia hoc facit ratione anticipatæ ſolutionis, non eſt dubium, quin ſit vſura. Nec omnis ratio, quæ ſuffragatur tertio, emendi debitum alterius minori pretio, valet ipſimet debitori redimendo ſuum debitum minoris; nam debitor ratione obligationis per contractũ, totam ſummã debet, nec põt de illa minuere niſi ratione intereſſe tantum, vt dictum eſt, tertius verò cum ad nihil teneatur põt illud debitũ minus emere vltra rationẽ intereſſe, alijs rationibus, ſcilicet labore, expẽſis, difficultate, & ſimilibus, quæ nõ militãt in debitore redimente. Sotus quo ſupra.

15 Octauo quæritur, an quęſtor, ærarius, ſeu Cãcellarius alicuius Domini, ſeu Principis, aut Ciuitatis, qui eſt obligatus certis temporibus ſoluere ſtipendia, ſeu mercedes ſtipendiarijs, ſeu mercenarijs, poſſit accipere aliquid ab eis, quia anticipat ſolutionem; Dicitur quòd non, niſi pro aliquo vero intereſſe, eſſet enim vſura, & teneretur ad reſtitutionẽ, ſed cui; Domino, ſi id paſſus eſt, ſin autem ſtipendiario, ſeu mercenario. Nauar. c. 17. nu. 246. ad idem tenetur ſi tempore ſolutionis maturato, eam retardat, vt illi aliquid ſibi donẽt, nam donatio illa non eſt libera, ſed vt ſint expediti.

Nono quæritur, an ſit licitum emere fructus alicuius agri per annum, ſeu fructus in herba? Dicitur, quòd ſi pretium ſit penſato dubio, & periculo futuri euentus, prout ueriſimiliter iudicari poteſt illos valere, licitum erit, ſi autem omnibus iſtis penſatis, veriſimiliter iudicaretur illos valere plus, ex eo quod anticipatur ſolutio, eſt fraus vſurę, & ſi non anticipatur eſt iniuſtitia. vnde vtroq; modo tenetur illud plus.

16 Decimo quęritur, an vendens aliquid credito ei, de quo dubitat ꝙ non ſoluet ad tempus ſine aliquo diſpendio, poſſit in pactum ducere, vt ſoluat aliquod plus ratione expenſarum, quas ſe facturum dubitat? Reſpondetur, ſi vendens ponit pretiũ altius, quam ſit iuſtũ rigidum contemplatione expẽſarum, quas timet ſe facturũ: puta rem, q̃ valet pretio iuſto rigido, ad altius triginta vendit pro triginta quinq; quę plura quinque vult rõne expenſarum, quas timet ſe

Digitized by Google

met ſe facturum,non licet:ſolus enim timor,& metus ſine diſpendio nullo iure facit, vt aliquid eius gratia recipiatur, nam poſſet accidere debitorem ſine vllo diſpendio in termino ſoluere. Si autem facto pretio iuſto de re vendita, ponat in contractu, cum pacto ſi non ſoluerit, teneatur ultra ſortem ſoluere expenſas, quas facturus eſt,& labores liquidandos in fine tunc erit licitum, quia hoc modo expectat vt ſi expenſæ realiter fiant,an non,ꝙ ſi non:fient culpa debitoris,non poſſet tunc illas exigere.Sed an poſſint taxari à principio pro tanto determinato,qñ veriſimiliter creditur,ꝙ tpe exactionis,expenſe,& labores currerent,cum pacto vt ultra pretiũ rei etiã plus ſoluat,ẽt ſi non fiant? Reſpondet Sotus quo ſupra, huiuſmodi expenſarum anticipatæ conuentiones, vix vſuræ ſuſpicione uacant, tamen qñ omni fraude remota bonis coniecturis crederetur,pretium rei non ſine labore,& expenſis exacturum, puta,quia debitor ab vrbe diſtat,vel eſt alterius fori, & ſimili, tunc poſſent à principio moderate,taxari,& conueniri,vt ſoluat etiam ſi non fiant,quia poteſt accidere,vt plus quam ſit conuentum expendat,quod non poſſet petere amplius.

Dubitatur denique; dum Titius vendit domum, rus,pomarium, aut ſimile frugiferum,ad ſoluẽdum ab hinc tres,aut quattuor annos,poterit ne interim, ſine vitio vſuræ,fructus quærere,aut aliquam penſionem loco fructus? Antequam reſpondeam,primo quæro,Titius, vendendo rem ſuam, dat ne dilationem temporis ad ſoluendum pretium rei,rogatus,vt ſeruiat amico, pro illius commoditate;an ſponte quia non inuenit emptorem, qui eam emat pecunia numerata,& vt ſe abſoluat à tali faſtidio,decreuit enim illam alienare, & vendere,vt pôt.Si primum dixeris, licitũ erit pro ſuo intereſſe aliquid exigere: ſi aũt ſecundum,dicunt aliqui Legiſtæ indiſtinctè tenentes, ſi à principio uenditionis ſit pactum,ꝙ donec ſoluatur pretium,venditor percipiat fructus, vel penſionem loco fructus,contractus eſt licitus.D. Anton.2.par.tit.1.§.20.Sylu. Verbo,Vſura,2.§.11.cum multis alijs Theologis,hunc contractum non approbant,qua enim rõne,de re extranea,fructus aliqui exigi poſſunt,tuta cõſcientia? Cum igitur dñium rei uenditæ per contractum, ſit translatum in emptorem,ita ꝙ quodcunq; infortunium pateretur,ẽt antequam ſoluatur pretiũ,totũ aſcribitur emptori;Titius penſionẽ exigere non valet,non enim habet ſup quo fundetur talis penſio,nõ ſuper re vendita,eſt enim,vt dixi,iã alienata,& in alterius dominium tranſlata liberè,nec ſuper mora ſoluendi,cuius rõne intereſſe prætenderet;dictum eſt enim,Titium conceſſiſſe dilatione temporis ad ſoluendum,ſua ſpontè:itaq; aliud dici non poteſt,ꝙ penſio exigitur,propter pecuniam expectatam,quod eſt fœnerari. Ideo ſecundum præfatos Doctores ſic definiendũ eſt, ſcilicet ſi in contractu transfertur dominium rei venditę in emptorem,in eius periculo remanentis,cõtractus erit illicitus, reſeruando ſibi fructus: ſi autem res per contractum traditur cum hoc pacto, ſcilicet ut nunquã intelligatur tranſlatũ dñium in emptorẽ,donec fuerit facta integra pretij ſolutio,& interim res ſtet periculo venditoris, ac ſi eſſet facta locatio, cũ pretij determinatione,declarando,vt cum ab hinc ad tres annos fuerit facta integra dicti pretij ſolutio,tunc intelligatur rem eſſe uenditam, & in emptoris dominium tranſlatam,& tunc reſeruando ſibi fructus pro tali tempore, contractus erit licitus.Et ſi dices,cum opinione contraria. Nemini licet habere rem, & pretium. Rñdeo,id verum eſſe,dum maturato tpe ſoluendi,emptor eſt in mora,ſed in caſu noſtro non eſt ita, venditor enim liberè dilationem cõceſſit: vnde ſi pp illam penſionẽ quærit,hoc erit tps vendere,quod non licet.Alij affirmant,legẽ permittere,de pecunia expectata poſſe cenſũ emi,& illud exigere,donec pecunia reſtituatur. Fateor hoc eſſe verum,ſi cenſus erit perpetuus, cũ poteſtate affrancandi,qñ debitor uoluerit,& nũ qñ creditor, ſed ꝙ fiat per

Dubiũ pulchrũ, & difficile.

Declaratio dubij.

Aliqui Legiſta.

D. Antonin. Sylueſter.

Nemini licet habere rẽ, et pretium.

Digitized by Google

tres, vel quattuor annos determinatè; eſt contra Extrauagantes Summorum Pontificũ, de quibus infra erit ſermo. Præterea hęc penſio, quã exigere intẽdis, donec fiat integra ſolutio pretij conuenti, aut ſunt propriè fructus, quos tibi reſeruas, & tunc eo anno, quo pereunt penſionem, exigere non poteris; aliàs ſignum eſſet, te exigere fructus pecuniæ expectatę, & non rei uenditæ: ſi autẽ non ſunt propriè fructus, ſed ius, & facultas quædam exigendi penſionem ſuper re alienata, & obligata loco fructuum, quod cum ſit ad tempus determinatum, licet fieri non poteſt, vt dixi, & dicetur in materia de cenſibus: pactum enim exigendi pretium rei venditæ ab hinc ad tres annos; & interim exigere penſionem pro illis, non eſt aliud, quã mutuare illã pecuniam per tres annos, & inde exigere aliquod lucrum pro illa, quod eſt vſura. Pro harum rationum confirmatione addo, quod hoc caſu regiſtrato, inueni in quodam libello, hoc dubium fuiſſe Romę agitatum, & à patribus Societatis Ieſu pœnitentiarijs S.D.N. Papæ apud S. Petrum ſic fuiſſe reſpõſum, præfatus caſus prępoſitus eſt vſurarius, & bene ſentiunt prællegati Doctores: inter quos fuit R. Pater Ledeſma Hiſpanus, Theologus, & Canoniſta; qui longo tempore præfecturam ſtudiorum ſuæ Religionis rexit, cuius reſponſa omnes admirabantur; ac ore proprio prædictum caſum eſſe vſurarium confeſſus eſt, ſecundum doctrinam D. Thomæ 2.2.q.78.art.1.ad 7.arg. & non parum mirabatur de Couarruuij opinione contraria: cuius opinionis æquitas tunc locum haberet, quando dominium rei non transferretur, vt ſupra tetigi. Rutilius Benſonius Theologus S. Petri, vir magnæ æſtimationis, ac bonarum literarum benemeritus, poſt caſum benè diſcuſſum, ait, in caſu præpoſito, iudico vſurã committi, & ad reſtitutionem teneri, ſuppoſito quod rectum dominium rei venditæ transferatur in emptorem, una cum eius periculo; nullaque habita conſideratione de mora in temptore, nec de intereſſe in venditore, cum ſua ſponte, & ſuiipſius commodiate, & non emptoris, aut prece terminum ad ſoluendum dederit. Plautius Vir celebris V.I.D. publicam lecturam Romę in Gymnaſio Sapientiæ tenens; Reuerendiſſimus pater Sacriſta S.D.N. Papæ Pij V. ac eius confeſſor. nomine Auguſtinus Romanus Theologus celebratus. Reuerendus P. Magiſter Sixtus Lucenſis generalis procurator ordinis S. Dominici Theologus excellentiſſimus, multique alij famoſi Doctores, quorum nomina pertranſeo breuitatis cauſa, dixerunt, hanc viam eſſe tutiorem pro animarũ ſalute. Alij, de quorum numero fuit Illuſtriſſimus, ac Reuerendiſſimus Cardinalis D. Paulus Aretius, primo dictus Archiepiſcopus de Placentia, deinde de Neapoli, Vir conſummatiſſimus, ac expertus in hac facultate; cum fuerit in ſeculo Conſiliarius in dicta Ciuitate Regia, cuius auctoritas fuit non paruæ æſtimationis, dixerunt, non committere vſuram, qui loco fructus penſionẽ ſibi reſeruare intendit, donec pretium rei uenditæ ſoluatur, ſi in contractu tres conditiones apponet. Prima eſt, ut ſi aliquid ſibi reſeruare intendit, talis reſeruatio fiat in ipſa traditione rei, quæ venditur, & non poſt habitam fidem de pretio, aliàs contractus eſſet fœneratitius: exempli gratia; Titius vendit domum, rus, aut ſimile frugiferum, mille aureis, quorũ quingentos accipit in pecunia numerata, reliqui quingenti, vult, vt poſſint ſolui ab hinc ad tres annos non debet in contractu confiteri, ſe recepiſſe mille aureos, deinde de quingentis, quos realiter non recepit, cenſum conſtituere ſuper dicta re vendita cum pacto, ut debeat affrancari ſtatim elapſis tribus annis, eſſet enim hoc modo directè contra formam Bullæ Summorũ Pontificum, qui ordinant, ut affrancatio fiat ad arbitrium debitoris: tunc autem contractus eſſet licitus (ſecundum prænominatos Doctores,) quando domus ipſa uenderetur pro quingentis aureis cum onere ſoluendi tantam, vel tantum penſionem loco fructuum ſuperantium ualorem ipſius domus, re-

Opinio Ieſuitarum.

Cardinalis de Aretio.

Tres conditiones apponendæ pro fugienda vſura.

ſpectu

Digitized by Google

ſpectu pretij ſoluti; cum pacto, vt dicta penſio poſſit,& debeat affrancari ab hinc ad tres annos pro quingentis alijs aureis, prout tanti valere, æſtimata fuit, hoc enim modo res ſic affecta tranſit cum tali onere, & ſicut fructus alicuius rei frugiferæ vendi poſſunt in herba, pro tot annis determinatis;ſic in caſu poſſunt reſeruari aliqui fructus rei venditæ;deinde eos vendere per tot annos. Et ſi dicta domus tota credito vendetur,omnes eius fructus æſtimari poſſunt,ac uendi per tot annos,quibus elapſis,extingui poſſint,& debeant, ſoluto pretio,quo domus valet. Secunda conditio eſt,quòd dicta penſio, vel cenſus, loco fructuum ſoluendus, non excedat valorem fructuum, quos reddere poteſt res vendita; aliàs adhuc contractus eſſet illicitus; videretur enim penſio reſpectum habere ad pecuniam expectatã,& non ad fructus rei venditę: exempli gratia,ſi quis venderet domum mille aureis,quæ locari ſolet, quinquaginta pro anno,recipiens medietatem pretij, non debet pro quingentis reſtantibus, quærere ad rationem octo pro centenario,ſed quinque;nam tanti valere ſolent fructus eius;aliàs videretur velle penſionem nummorum, vt cenſuarij ſolent, & non rationem fructuum ipſius domus; quæ plus reddere non ualet, & quod de domo dicitur,intelligi debet de quacunque re fructifera. Tertia eſt, vt venditor ſubiaceat periculis omnibus,ſi qua euenerint circa dictos fructus, quandiu eorum ratione penſionem recipit, pro rata parte pretij non ſoluti: itaque ſi vno anno tempeſtas,aut turbo omnes fructus deſtruxerit,aut ſi pruina eos decoxerit,aut ſimile infortunium euenerit,propter quod prædicti fructus extinguerentur,non poterit illo anno venditor penſionem exigere,pro dictis fructibus,cum non extent. At ſi procella, aut grando non omnes, ſed partem fructuum tolleret, venditor partem penſionis pro rata fructuum amiſſorũ relaxare debet. Qui verò oppoſitum fecerit vſuram committet;ſignum enim eſt, quod ad ratam pretij non ſoluti, & non ad dictos fructus reſpectum habet. Qui ergo abſque conſcientię labe negociari vult, has conditiones in contractu apponat,vel dominium rei in emptorem non transferat,modo ſuperius dicto. Verum qui ante notitiam huius deciſionis aliter contraxerunt, ſi bona fide, & abſque malitia errauerunt,excuſantur vſque ad præſens,nec de præteritis ad reſtitutionem tenentur; tenentur tamen contractum reformare modo prædicto, qui autem ſcienter,& malitioſè contraxit modo à nobis condemnato,uel poſt notitiam huius doctrinę deciſæ in illa mala opinione perſeuerauerit,non excuſabitur à peccato vſuræ,cum obligatione reſtituendi fructus male perceptos. Nec ſufficit dicere,vt ait Ceſalus conſi. 127. num. vltimo, quòd in illis Prouincijs,ubi pro licito habetur,(ut in aliquibus partibus Calabriæ)non eſt peccatum;illud enim,quod,ut licitum communiter habetur,tanquam uſurarium condemnandum non eſt,ſed hoc conſilium tanquam animæ uenenum, fugiendum eſt;unde ſtandum eſt deciſioni tantorum grauium Doctorum,& cõmuniter ſacrorum Theologorũ,ad quos principaliter pertinet caſus vſurarios definire in foro conſcientię,ut ait D.Thom. Quodlibetis,de cuius doctrina dictum fuit: Bene ſcripſiſti de me Thoma.

Conſilium Ceſalı fugiẽdũ.

Caſus vſurarios ad Theologos decidere pertinet.

Qui in nundinis,quando eſt in fine, vendit ad credentiam altiori pretio quam currit ad numeratum, eo quòd in principio carius ualebant propter copiam emptorum, & poſtea propter inopiam eorum, & copiam mercium quæ affluxerunt vilius uenduntur, peccat, & tenetur exceſſum relaxare.

Digitized by Google

Alii caſus qui, etſi non ſint vſurarii, ſunt tamen contra iuſtitiam, hic examinantur.

19 *Res tanti valet quanti vēdi poteſt.*

QVęritur primo an dictum illud, res tanti valet, quanti vendi poteſt, ſit ſemper intelligendum cum modificatione, an quandoque ſimpliciter? Reſpondetur cū diſtinctione. Si res, quæ uenditur, eſt de illis, quæ vſui humano ſunt accōmodatæ, & ad vitā degēdā neceſſariæ, ut ſunt domus, maſſariç, merces, quç victui humano, & veſtitui neceſſariæ ſunt, & huiuſmodi, tunc regula eſt intelligenda cum modificatione, id eſt cum illis conditionibus ſupra recitatis, & quantum ad pretium legitimū, & quantum ad naturale, vt dicebamus, & difuſius dicemus; q̃a certitudo pretij inuenta eſt propter vtilitatē publicā, vt ſeruetur çqualitas iuſtitię in rebus, quę vſui quotidiano deſeruiūt. Si aūt nō sūt de illis, quæ vſui humano ſunt neceſſariæ, vt ſunt falcones, accipitres, canes venatici, equi, precioſæ gemmæ, & ſimilia, iſta tanti valēt quāti æſtimātur ab emente prudēte, & ſciēte, dūmodo non interueniat deceptio inter contrahētes, q̃ faceret actū inuoluntariū, ſpectat. n. ad magnificētiā nobilium, & magnatum, illas res magno æſtimare ꝑ eorū decore, & nobilitatis ſplēdore, & de his eſt verum dicere ſimpliciter res tanti valet, quāti vendi poteſt.

Fallit hæc regula quantum ad primū membrum in duobus caſibus. primus caſus eſt, quando res propter eius commoditatem, vel ſaltem affectionem (loquēdo de illa affectione, de qua locuti ſumus ſupra in materia de ītereſſe) plus valet vēditori, quàm ſit cōis æſtimatio, & vendens illā mouetur ad inſtantiam emptoris, tunc poteſt illud plus in eius incōmodū compenſare. Et ſi res, quæ venditur, eſſet multum commoda emptoris, & nihil incommodi afferret venditori, non per hoc venditor id aduertens, plus iuſto illam vendere debet, compenſando commodum, quod reſultat emptori, & eum ſuffocando, dicere, ſi vis rem meam emere, tantum volo, poſſet tamen emptor gratioſè propter vtilitatem ſibi prouenientem ex tali re ſibi commoda, aliquid plus venditori donare. Sotus quo ſupra, à quo accepit Nauar. cap. 23. num. 83. Sot. lib. 6. q. 3. art. 1.

Secuudus caſus eſt, quando uenditori plurimum refert rem ſuam uendere, & nō inueniēs emptores, offert illam pro minori, quam ualet regulariter, & alius cui parui refert res illa, pietate motus, emit eam minus iuſto pretio. Exemplū quidam nobilis incidens in pauperiē, pro uita tranſigenda, tpe famis exponit in publico quędam indumenta ſerica, & ornamenta cameræ, & ſimilia, quibus utebatur, dum erat in proſperitate, quæ non ſunt omnibus commoda, uel communiter neceſſaria, unde non inueniens, qui eis indigeret, aut penuria pecuniarum, uendit ea multo minus, quam eis impenſum fuit, aut tunc regulariter ualerent, uiro parum eis indigenti, ſed tantum ementi, ut ei benefaciat, uel quia habet pecuniam otioſam, & multam. Aliud exemplum de paupere non habente, qui cum cōducat, fame perit, & alius parum indigens locat eius operas pro uictu. Nauar. & Sylueſt. quibus ſupra.

Emens citra dimidium iuſti pretij, an faciat fructus ſuos.

Item quęritur, an emens rem citra dimidium iuſti pretij, faciat fructus ſuos? Reſpondetur ſi in emptione interuenit dolus, fraus, aut deceptio, puta quando emens inducit uenditorem ſuaſionibus, uel minis, aut fallacijs, & huiuſmodi, qui aliàs non erat uenditurus: Dicitur, quòd non facit fructus ſuos, quia cum talis contractus non fuerit liber, non eſt ualidus, & ex conſequenti non eſt translatum dominium rei uenditæ, ideo non poteſt facere fructus ſuos, id eſt illos accipere tuta conſcientia, ſed vna cum reſiduo pretij illos reſtituere tenetur, non tamen omnes, ſed ſecundum ratam pretij non ſoluti, in quo fuit deceptio.

Digitized by Google

ceptio. Si autem talia non interuenerunt, ſed liberè, & bona fide contraxerũt, ſufficit, vt contractus reſcindatur, aut reſiduum iuſti pretii ſuppleatur. Glo. in cap. conqueſtus, de Vſuris, in 6. Sotus lib. 6. de Iuſt. & iure, q. 3. art. 1.

Item quæritur, an licitator, qui accipit rem venalem vendendam, poſſit ſibi aliquid retinere de pretio? Ad hoc dico multa, primo ſi dominus rei nihil promiſit uenditori pro ſuo labore, tunc venditor poteſt ſibi aliquid pro labore retinere: ſi autem conuenit pro ſuo labore, aut gratis vendere promiſit, nihil poteſt ſibi retinere. 21

Et ſi dominus rei tradidit rem uẽdendam pro certo pretio, puta pro decem & ille vendidit pro duodecim, an poſſit ſibi illa duo retinere? Dicit Ang. Verbo, emptio, §. 23. quòd illud plus eſt ſuum. Sed melius dicendum ſecundum Archid. & Sylu. Verbo, emptio, §. 15. & Nauar. c. 23. nu. 97. ſcilicet ſi conuenit cum domino rei, tacitè, uel expreſsè, ut illud plus ſibi procuret pro ſuo ſalario, & labore, tunc poteſt ſibi retinere, ſi autem pro labore conuenit cum domino rei, debet illud plus dare domino rei, & ſibi retinere ſalarium: ſi uerò promiſit gratis uendere, adhuc tenetur illud plus dare domino, & ab ipſo petere aliquã gratitudinem, & ratio eſt: quia illud pretium ſtatutum fuit ut non minus uenderetur, non tamen intendebat dominus illud plus donare, & nolle, ſi plus venderetur. Sed ſi licitator rem vendendam ſua induſtria, puta erat ſutor, qui arte ſua ueſtem vendendam ita accommodauit, & ſimilia, propter quod illam plus vendidit, illud plus poteſt ſibi retinere. Gabriel Biel. in 4. diſt. 15. q. 10. art. 3. dubio 4. Qui emit vili rem pretioſam à non cognoſcente eam, puta aurum bonum à putante eſſe auricalcum, uel petram pretioſam à non cognoſcente eius ualorem, tenetur iuſtum pretium adæquare. Nauar. quo ſup. nu. 89.

Et econtra, qui uendit rem vilem pro optima, aut falſam pro uera, puta auricalcum pro auro optimo, vitrum pro diamante, & huiuſmodi, tenetur reſtituere exceſſum. 22

Qui uendit equum habentem vitium, aut defectum occultum, pro legitimo, & ſano, tenetur ad tantum, quantum vendidiſſet ſi vitium, aut defectum propalaſſet. Nauar. quo ſup. Sylu. Verbo, emptio, §. 10. D. Tho. 2. 2. q. 77. 23

Qui emit, ut carius vendat ſtatim, cum lucro, ſine mutatione rei, temporis, & loci: ſicut faciunt in nundinis, qui emunt pro decem, & non concludunt, donec inueniant, cui vendant pro duodecim, fraudem committendo, cum reſtitutione illius pluris, peccat. Secus autem ſi tali intentione non emit, & poſtea occurrit ei ſtatim alius, qui eandem rem emere uoluit cum aliquo lucro. Sylu. Verbo, emptio, §. 12. 24

Qui vendit triticum contra legem Pragmaticæ, vel aliquid aliud maiori pretio quàm ſit æſtimatum, & poſitum à Republica, ſeu ab habente poteſtatem ſtatuendi pretia, peccat mortaliter, & tenetur reſtituere exceſſum: ſi Pragmatica, & æſtimatio illa ſit iuſta, & rationabilis, & ob utilitatem publicam facta, aliàs non: Medina Cod. de reſtitut. q. 36. Et qđ dicitur de Laicis, intelligendum eſt etiam de Clericis, ait Nauar. c. 23. num. 88. quia etſi non ſint ſubiecti legi ſeculari, ſunt tamen ſubiecti legi Diuinæ & naturali, quæ præcipit, ne quis ſuum ultra iuſtum pretium uendat. Vnde charitatis foret, ut Prælati ſuis edictis facerent, ut eorum ſubditi dictis Pragmaticis ſe conformarent, quando ſunt iuſtæ. 25

Theſaurarius, aut collector Ciuitatis, ſeu alicuius Communitatis, vel alicuius Domini, qui negotiatur de pecunia publica, & quando eſt tempus ſoluendi pro Ciuitate, ſeu Communitate, aut dominis, non poteſt reſpondere, aut ſaltem ſoluit cum damno, & intereſſe Ciuitatis, Communitatis, aut dominorum pecuniæ, tenetur ad totum damnum paſſum culpa ſua. Secus autem ſi cum 26

Digitized by Google

licentia dominorum id faceret, aut nullum damnum pateretur communitas, ſeu pecuniarum domini, quia tunc ad nihil tenetur. Et ſi habuerit multam pecuniam exactam in arca ocioſam, tenetur certiorem facere Vniuerſitatem, ut de pecunia diſponere poſſit, ſcilicet debita ſoluere, redimere, extinguere, & ſimilia, quòd ſi de illa nihil diſpoſuerit facere, tunc potoſt collector ea uti, dummodo tempore neceſſitatis requiſitus, paratus, ſit pecuniam exhibere. Syluest. Verbo, reſtit. Nau. c. 13. nu. 94.

Item quæritur, an in ſubhaſtatione, ideſt auctione voce præconis, quando venduntur res plus offerenti, ſi quis emeret illas multo minus quam valent eſſe licitũ? Reſpondetur, quia conſuetudine introductum eſt, vt aliquando res, in publica auctione, quando voce præconis ad emendũ inuitantur emptores, minus uendantur, quàm in officina, qñ emptor quærit uenditorem, ideo iuſtũ eſt. Verum ad iuſtitiam huius contractus, tria requiruntur ſecundum D. Tho. in quoddam Opuſculo. Primo vt præcones uẽdant in loco publico, vbi ſolent conuenire mercatores, & perſonæ huiuſmodi venialia emere aſſuetæ adunant. Secundo, vt ad uendendum, & præconizandum exeant hora ſolita, vt emere volentes ibi inueniantur; fraus enim eſſet ſi exirent extra horam, quando multitudo non adeſt. Tertio vt illa minoratio pretij non ſit vltra dimidium: aliàs in contractu eſſet iniuſtitia, & venditio eſſet reſcindenda, uel iuſtum pretium ſupplendum. Verbi gratia, res, quæ in officina valeret regulariter triginta, non poſſet iuſtè vendi quindecim vel circa: iuſtum tamen eſſet, ſiquidem venderetur viginti, vel circa. Adde quarto ex Soto, lib. 6. de Iuſt. & iu. q. 2. art. 3. ut in ſubhaſtatione non committatur fraus monopolij, ſcilicet quãdo alios auerteret, ne licitarent, vt ipſe ſolus minoris emat, nam vno iſtorum interueniente, eſſet iniuſtitiæ fraus cum reſtitutionis obligatione.

28 Et quia iniquitas monopoliorum valde damnoſa eſt Reipublicæ, & pauperes premit, ideo notandum eſt circa huiuſmodi, & primo.

Iniquitas monopoliorum. Nota.

Mercatores, qui ex induſtria conueniunt, vel iurata fide, vt certo pretio merces vendant, ſcilicet nullus eorum, niſi tanti vendat: vel vice verſa, quãdo conueniunt ad extenuanda pretia, vt nullus eorum, niſi tanti emat; puta tempore, quo recens oleum colligitur, multi reſpondere debent ſuis creditoribus ob pecuniam ante receptam, quibus promiſerunt conſignare dictum oleum pretio currenti: vt illud vili emant, ſtabiliunt pretia ſuo modo. Item applicuit nauis tritico vel alijs mercibus onerata in portu, illi, qui emere poſſunt, & ſolent, promittunt ad inuicem, vt nemo emat niſi tanti. Vel quando conueniunt multi mercatores mercium eiuſdem generis, ut vnus pro omnibus ad vendendum compareat in damnum Reipublicæ: tenentur ad illud plus, vt cap. de monopolijs, l. vna. & Sylu. quo ſupra, §. 19.

29 Qui impedit aſportantes merces ad Ciuitatẽ, vt carius vendat merces ſuas, & qui mercatores aceruum mercium coemunt, puta omnia blada, omnia vina, quæ ſunt in Ciuitate, & huiuſmodi, vt poſtea vniuerſi ad ipſos confluere cogantur, & ipſis carius vendant. Omnes huiuſmodi tenentur ea ponere in pretio iuſto, & ſi hac de cauſa carius notabiliter uendiderunt, exceſſum reſtituere debent, l. 2. ff. ad l. Iuliam de annona. Sot. quo ſupra. Sylu. quo ſup. Sed cui facienda ſit reſtitutio cum multi ſint læſi, nec inueniri poſſunt? Vide ſup. cap. 4. ibi (cui facienda eſt reſtitutio.)

Qui emit priuilegium à Principe, ut nemo poſſit vendere quoddam genus rerum, vt ſolus vendat quanti vult: tenetur vt ſupra.

30 Quia dictum eſt, qui uendit equum cum aliquo vitio occulto, ſi illud non manifeſtat, tenetur pro damno illato. Quæritur an ſemper venditor teneatur vitium rei manifeſtare? ita vt ſi non manifeſtet, venditio reddatur illicita?

Ad hoc

Digitized by Google

Ad hoc dicuntur multa. Aut venditor ſcit vitium rei, aut non. ſi vitium rei ignorat,& bona fide negotiatur,excuſatur à culpa,donec ignorantia durat,ſed cum primo vitium deprehenderit,contractum emendare debet. Si autem vitium aut defectum rei ſciuerit:& illud aut eſt occultum,aut manifeſtum:ſi manifeſtum,puta vendit equum monoculum aut claudum,vel domum perforatã cuius ruina futura patula eſt:non tenetur illud dicere,quia præſumitur emptorem ſcire. Si vitium eſt occultum,aut vergit in damnũ vel periculum emptoris,aut non:ſi non,puta vendit vinum,ſuper quo dum erat in torculari pluerat aqua propter quod ſi teneretur vſque ad tempus æſtiuum, acidum efficeretur, & emens non intendit ſeruare illud;ſed tunc familiæ bibendum tradere,& ſimilia. non eſt cur teneatur illum defectum patefacere,cùm emptor in nullo læ datur.Si vitium,aut defectus rei venditæ occultus uergit in damnum tantummodo emptoris,puta quia res propter illum æſtimatur minoris pretij,tunc venditor tenetur vitium dicere,& ſi illud contegit,& rem uendidit,ac ſi eſſet optima;iuſtitiam læſit,vnde tenetur damnum reſtituere,quanto pluris vendita eſſet,ſi vitium detegeretur. Et ſi tanti vendidit,quanti cũ uitio ualebat,& ultra hoc res erat illo pretio emptori uſui conueniens,non deliquit,ſi vitium occultauit,quia iuſtitiam non offendit,quamuis ſi emptor id nouiſſet, eã non emiſſet,nam uenditor poteſt rei ſuę conſulere , vitium reticendo , dummodo non vergat in damnum emptoris,quantum ad pretium,quia iuſtè tanti ualet , nec in periculum,quantũ ad vſum,quia res illa non eſt ſibi inutilis . Si verò res cũ occulto vitio uendita verget in periculum emptoris , quando ſcilicet vitium redderet rem inutilem emptori , puta vendit equum mancum militi pro ſano, quo poſtea in acie uti non potuit:aut equum agreſtem, pro molendino aptũ, qui poſtea molire non potuit : vel quando vitium reddit rem nocuam emptori ; puta uendit domum minantem ruinam , aut aliquod comeſtibile peſtiferum,& ſimilia:huiuſmodi defectus,& vitia non ſunt ſilenda , etiam ſi tantum extenuaret,& demeret de pretio,quanti æſtimatur vitium rei,talis enim occultatio eſt fraus iniuſtitiæ, & manifeſta iniquitas , ac proinde peccatum mortale, & ad reſtitutionem obligans, nec excuſaretur à fraude , & mendacio ille, qui ſciens aliquod vitium occultum , diceret in genere,hic equus habet omnia vitia , ideo trado tibi ſacculum oſſium (vt practicari ſolet)nam hac uerborum verſutia , depingendo eum omnium morborum maculis , proprium vitium cooperit, ita vt emens verbis illis non credens,in vero vitio decipiatur. Sotus lib. 6. de Iuſtitia & iure, quæſtio.3. artic. 2. ex D. Thom. loco ſupra citato.

SVM-

SVMMARIVM MATERIERVM,

Quæ tractentur in hocmet octauo capitulo, circa contractus pignoratitios.

1 *DEſcribitur Diaboli aſtutia, qua vtitur vt hominem decipiat, qui auidus eſt in modo lucrandi; vbi primò declaratur, ſi, dum homo ſoluerit pecuniam ſuper aliquo pignore, poſſit eo vti, ſine vſuræ vitio.*

2 *Oſtenditur, hanc ſupradictam regulam non habere locum in genero, tenente rem pignoratam loco dotis.*

3 *Docetur, quæ pacta ſapiant vſuram in contractibus pignoratitijs.*

4 *Exponitur quoddam Caietani conſilium ſuper contractibus pignoratitijs.*

5 *Declaratur quid ſit pactum Legis commiſſoriæ.*

6 *Declaratur pactum adiectionis in diem.*

7 *Oſtenditur pactum de retrouendendo eſſe duplex, differens à ſupradictis.*

8 *Declaratur prima conditio faciens pactum de retrouendendo iuſtum, & condemnantur notarij, cooperientes vſurariorum malam intentionem.*

9 *Declaratur ſecunda conditio, quam habere debet contractus, de retrouendendo, ſcilicet vt res tali pacto vendita non poſſit affrancari maiori pretio, quam fuit vendita, niſi in aliquibus caſibus.*

10 *Declaratur tertia conditio, ſcilicet quomodò erit licitum vendi rem minoris, tam cum pacto de retrouendendo, quam ſine illo.*

11 *Declaratur quarta conditio, ſcilicet, vt pactum de retrouendendo ſit liberum in fauorem venditoris, & quando præſcribatur, ac etiam in quibus caſibus reſtringi liceat.*

12 *Emere rem cum tali pacto de retrouendendo, deinde illam eidem venditori locare, quando liceat, & quando non.*

DE

Digitized by Google

DE CONTRACTIBVS

Pignorationum in quos cadit vſura.

FERTVR in vita Diui Antonij Abbatis,inter cætera:quòd quadam vice ei Dæmon apparuit,tot laqueos ferens,vt totũ mundũ videretur implere, quod videns Antonius magna cum admiratione,ita dixit: Quis iſta euadet?Intelligens per hæc,vt quot laqueos vidiſſet:tot Dæmon inſidias pararet. 1

Et certè ſi in omni genere peccatorum laqueos parare ſtudet, vt animas rapiat,tamẽ in peccato Auaritiæ tanquam periculoſiori, reſtitutionis cauſa, plus alijs operam nauare, videmus; uarios negotiandi ritus machinans, ut nos decipiat, in quibus ſub ſpecie liciti contractus, uariæ committantur uſuræ. Qua de re uolentes nos eius fraudes quodammodo detegere,propoſuimus hic alias ſpecies contractus aperire,in quibus uſura committi poteſt:& primo de pignoratitijs.

Pro qua re dubitatur: An aliquis pro pecunia mutuata,aut expectata tenens aliquam rem in pignus obligatam,poſſit uti illa re ſine peccato Vſuræ?

Reſpondet D.Tho. 2.2.quæſt. 78. artic. 2. ad ſextum argumentum. ſi vſus pignoris obligati eſt pretio æſtimabilis,non licet mutuanti uti eo gratis,quaſi uelit illum vſum ſuperaddi, eſſet enim ac ſi pecuniam acciperet pro mutuo, quod eſt uitium uſuræ,ſi interuenit in hoc uoluntas domini pignoris,& ſi hoc facit contra uolũtatem domini, eſt furtum.Panormit.cap.1.de depoſ. Et ſi utitur eo,vſusfructus debet compenſari in ſortem, eſt enim ſententia communis ab omnibus recepta, ſcilicet, quòd fructus pignoris debent computari in ſortẽ principalem non ſolum illi,qui percipiuntur,ſed etiam qui percipi poſſent, & defectu ſuo non percipiuntur.

Fructus pignoris debet computari in ſortem.

Si autem vſus rei non eſt pretio æſtimabilis,ut ſunt quædã res,quæ ab amicis ſolent gratis commodari,prout ſunt libri,& huiuſmodi,tunc licet uti ea ſine peccato.

Fallit hæc regula,& ſententia de fructibus pignoris in Genero, qui debens accipere dotem à ſocero,tenet pro dote in pignus agrum, aut domum, poteſt enim uti fructibus pignoris,& illos non computare in ſortem cap. ſalubriter, de vſuris. 2

Fallit in Genero.

In qua ſententia conueniunt omnes,ſed in ratione aliqui diſcrepant. Adrianus enim dicit hoc ſibi permiſſum eſſe ratione intereſſe,nempe lucri ceſſantis, ſed hanc rationem refellit Sotus,dicens,ſi hæc eſſet tantum ratio, non militaret niſi in his, qui ſunt mercatores, aut pecuniam negotiis expoſitam habent, ut dictum eſt ſupra, quando de intereſſe loquebamur, & tamen hoc indultum generaliter omnibus conceſſum eſt,ideo Panorm. & alij ſuper hoc cap. dicunt hoc ſibi cõcedi, quia ſuſtinet onera matrimonij ad hũc ſenſum,uidelicet dote ſemper integra reſeruata,de qua maritus ſemper tenetur, tenetur etiã uxorem, & familiam alere,ideo iure recipit fructus pignoris,quia pręſumitur,quòd aliquid ex illa dote emeret,ex quo,exiſtente ſaluo,uxorem,& familiam aleret.

Ratio Adriani.

Ratio Panormitani.

Verum ad iuſtitiam huius contractus plura requiruntur;primo ut Gener ſuſtineat onera matrimonij,in quorum contemplationem conceditur uſus pignoris,quia tenetur propriè alere uxorem,nam ſi uxor aleretur in domo patris,tũc Gener non poſſet hoc priuilegio gaudere. Secundo, vt dos ſit promiſſa ſimpliciter,quia ſi dedit gratis teminum ad ſoluendũ, ante ipſum nihil poteſt percipere,

Digitized by Google

cipere, niſi poſt moram termini debiti, quia ſicut poteſt accipere vxorem indotatam, ita poteſt dotem expectare. Tertio vt fructus pignoris non excedant onera matrimonij, vel debitum dotis, & ſi excedunt, illud plus debet reſtitui, quæ onera æſtimari debent ſecundum quantitatem debiti dotis, ſcilicet totius ſi tota dos recipi debet, vel partis, ſi pars debetur. Syluelter, verbo, Vſura, 3. §. 2. Sot. lib. 6. de Iuſt. & iu. q. 1. art. 2.

Ex dictis infert Sotus, quòd vxor defuncto marito poteſt ab hæredibus, vel à parte, donec dos ſibi reſtituatur, alimenta quærere, vel fructus pignoris accipere ratione alimentorum. puta dum hæredes conquirant quid de hæreditate diſponendum, dabunt in pignus aliquem fundum uiduæ relictæ, quæ faciet fructus ſuos.

3 *Pacta illicita in pignoratione.* Et quia quando datur aliquid in pignus, ſolēt fieri quædā pacta, ideo dicendum eſt, quæ pacta ſint illicita in pignoratione. Primo illicitum erit, ſi creditor paciſcitur cum debitore, vt ſi non ſoluat ad certum tempus, pignus ſibi cedat, aut ſi infra certum diem non redimit, non poſſit amplius redimere. Poteſt tamen non in lucrum creditoris, ſed in pœnam debitoris fieri pactum, ut tranſacto tali die ſi non redimet, habeatur pro vendito iuſto pretio, nō obſtante lege commiſſoria, vt dicetur paulo infra. Sylu. Verbo, pignus. §. 6. Nau. c. 17. num. 203. Nec ualet pactum, vt pignus quocunque modo perit, debitori pereat. Sed valet pactum, ut quocunque caſu perit, à debito liberetur. C. de pignorat. actio. l. quæ fortuitus.

Quęritur, ſi Marcellus dat Petro in pignus domum ualentem centum, pro nonaginta, cum pacto ſi non ſoluerit ad certum tempus, ut habeatur pro vendita illo pretio, pactum valeat? Reſpondetur, licet pactum legis commiſſoriæ ſit generaliter prohibitum in pignoribus, vt in caſu; ſecundum Angelum in Summa, ne detur occaſio mutuandi hoc modo ſub ſpe lucri, ne pacta fiant in fraudem ad lucrandum ex mutuo maximè, quando creditor iudicat debitorem non poſſe in termino redimere pignus, & ne debitores læderentur ex uenditione exigua pignorum, quando ex uoracitate creditorum pretia eſſent iniuſta: tamen ſi pactum fiat non in fraudem, ſed in pœnam debitoris ad coercendum moram debitoris, erit licitum, & pignus erit licitè venditum ex conuentione legali, & illud plus erit temporis ratione pœnę.

Ita ſuſtinet Arch. in 2. par. tit. 5. c. 17 & Sylu. Verb. pactum. §. 14. Et multo magis pactum ualebit, ſi quis mutuet centum, & accipiat fundum in pignus, cum pacto ſi non ſoluerit per annum, habeatur pro empto iuſto pretio, hoc eſt ſuppleto reſiduo pretij ſi plus valet, dūmodo etiam fructus illius anni deductis expēſis computet in ſortem, vt dictum eſt. Valet quoque pactum in pignore dato fideiuſſori pro indemnitate, ſ. ſi non extraxero te de obligatione, pignus, quod pro indemnitate tibi dedi loco eius, ſit tuum. Sylu. vbi ſupra. In dote hoc pactum etiam valet, poteſt enim Socer cum Genero conuenire, ſcilicet ſi non reſtituero tibi pecuniam dotalem, aſſigno loco permutationis hunc fundum: eſt enim permutatio quædam.

Et quia dictum eſt, qui accipit pignus pro mutuo non poteſt facere fructus ſuos, ideo Caieta. 2. 2. quæſtio. 78. artic. 2. conſuluit ad hoc, vt ſpecies vſuræ fugiatur, & dans pecuniam poſſit facere fructus ſuos, ut non accipiat rem in pignus, ſed emat cum pacto retrouendendi, ideſt ut emptor promittat uenditori rem emptam reuendere, quando ipſe pecuniam ſuam reſtituerit. Sed hunc contractum non eſſe tutum in conſcientia, ſed uſuram palliatam, docet Sylu. Verbo, Vſura. 2. §. 15. Nauar. cap. 17. num. 247. quando autem hoc accidit in ſequenti dicetur.

DE

Digitized by Google

De Uſura circa contractus de retrouendendo.

VT autem ſciatur meliori ordine materia pacti de retrouendendo, pręmittenda ſunt duo, ſcilicet pactum legis commiſſorię, & pactum adiectionis in diem. Et quia contractus ex conuentione contrahentium legem accipiunt: inter cætera pacta, quæ apponi ſolent, ſunt hęc duo dicenda.

Pactus legis commiſſoriæ eſt, cum emitur, uel pignoratur res aliqua pro tanta pecunia, cum pacto, vt ſi infra duos, vel tres annos non reſtituatur pecunia data, res ſit, & habeatur pretio ſoluto; & quia in tali pacto ſolet committi iniuſtitia circa pretium, puta res, quæ ualet regulariter centum, ſolet dari pro octoginta, ideo ſapit uſuram. ca. ſignificante, de pignoribus, l. fi. C. de pactis pignor, Poteſt tamen hoc pactum iuſtificari hoc modo, ſcilicet, ut res empta, aut pignorata ſit emptoris, aut illius, cui pignoratur tranſacto termino conuento; ſuppleto tamen pretio iuſto illi, qui vendidit, aut pignorauit, l. ſi fundus, §. fin. de pignoribus, ut in exemplo dato res, quæ regulariter ualet centum, fuit uendita pro octoginta, ſuppleantur alia viginti, & tunc pactum erit licitum. Et ſi eſt res pignorata, cũ hoc tenetur etiam reſtituere fructus inde perceptos, quia per huiuſmodi contractus non facit fructus ſuos.

5 *Pactum legis commiſſoriæ quid.*

Pactum adiectionis in diem eſt, quãdo uenditur res, puta domus, quę regulariter ualet centum pro octoginta, cum hoc pacto, ut ſi infra annum oblata fuerit melior conditio, ideſt plus pretij, domus remaneat uenditori, & habeatur pro non empta, ſi autem infra annum maius pretium oblatum non fuerit, domus remaneat emptori pro illis octoginta, quod pactum etiam iniuſtũ eſt, & prohibitum; poteſt tamen iuſtificari, ut de alio dictum eſt, ſcilicet ſuppleto pretio iuſto, ideſt alijs viginti. Et ſi à principio ſolueretur pretium iuſtum, pacta huiuſmodi eſſent licita, quia hoc modo non læditur iuſtitia, nec vllus locupletatur cum aliena iactura, Sylu. Verbo, pactum, §. 14.

6 *Pactum adiectionis in diẽ.*

Pactum de retrouendendo dupliciter fieri poteſt; primo in fauorem ipſius emptoris, & eſt quando ponitur pactum, ut ſi infra tot menſes res empta emptori nõ placuerit, & pretium repetere, quod pactum potius dicitur redhibendi, quam retrouendendi.

7 *Pactum de retrouendendo.*

Secundo poteſt fieri in fauorem uenditoris, & ita communiter practicatur: & eſt, quando res uenditur cum pacto, ut uenditor poſſit illam reemere reſtituto pretio integro percepto, quod pactum eſt gratioſum.

Hoc pactum de retrouendendo differt ab illis primis duobus in hoc ſcilicet, quia in illis emptor non poteſt recipere fructus rei emptæ tuta cõſcientia: eſſet enim vſura, ſi dum durat tempus adimplendi pactum, fructus lucraretur, l. fundo, ff. de lege commiſſoria: ſed in pacto de retrouendendo facit fructus ſuos, Abbas, c. Ad noſtram, de emptione, & uendit.

Ratio huius diuerſitatis eſt, nam cùm omnes illi contractus ſint reſolutiui. rõne pacti appoſiti, duo tamen primi, ſcilicet contractus legis commiſſoriæ, & contractus adiectionis in diem, reſoluuntur ipſo iure, ita ut non opus ſit noua traditione, & habentur, ac ſi nõ eſſent facti; unde dominium rei uenditæ non transfertur: ideo emptor non poteſt facere fructus ſuos; in pacto uerò de retrouendendo, quando contractus reſoluitur, non reſoluitur ipſo iure, ſed oportet de nouo tradere rem uenditam ei, qui prius illam uendiderit, quia erat iam translatum dominiũ, & ideo emptor facit fructus ſuos. Sed in caſu, quo uenditor uolens redimere rem uenditam, depoſitat legitimè apud campſorem pe-

cuniam,

Digitized by Google

cuniam, faciens illi ſcire, ut retrouendat rem emptã, tunc à tempore morę emptor tenetur pro rata temporis fructus reſtituere una cum re. Nau.c.17.n.247.

8 His ſtantibus nunc uidendum eſt quando contractus de retrouendendo erit iuſtus, & licitus. Pro quo eſt aduertendum plura requiri, & primo, vt cõtrahentes non habeant animum ſimulatũ, ita ut emptor potius vellet mutuare, quã emere, & uenditor potius pignorare, quã uendere: ſed emptor ſaltem habeat verè, & principaliter animum emendi. ita tenet Alex. de Ales, 3. parte. Angel. Roſel. Raimu. & Vniuerſitas Theologorum, & Canoniſtarum, & notanter dixi (principaliter) quia ſecundario, & minus principaliter, poteſt habere animum, vt res empta redimatur, quando ſcilicet non emeret ſpontè, ſed rogatus, vt ſeruiat amico, qui vt vendat, neceſſe habet, vt creditori ſuo reſpondeat, cũ hac tamen intentione, ut ſi uenerit ad meliorem fortunam, rem ſuam recuperet, & emptor hac ſpe, vt redimatur, emit, tamen pro tunc verè emit, aliter eſſet ſuſpicio vſuræ. Nauar. cap.7. nu.248.

Quæ conditiones requiruntur in pacto de retrouendendo, ut ſit iuſtum.

9 Secundo, quòd non fiat pactum, vt redemptio fiat maiori pretio, quam emptio facta fuit, cap. illo vos, de pignoribus, quia regulariter fieri nõ poteſt ſine vitio vſuræ, niſi in aliquibus caſibus, & eſt quando emens intendit rem meliorare, tunc poteſt paciſci, ut uenditor quando vult redimere, teneatur ſoluere melioramentum, & expenſas factas. Exemplum, Titius emit poſſeſſionem ſterilem cum pacto retrouendendi, quam intendit colere, & plantare, poteſt ponere in contractu, ut tempore redemptionis detur ſibi tantum plus, quantum poſſeſſio facta eſt vtilior ex illo melioramento ad iudicium boni viri, & Dixi (ex illo melioramento) quia ſi poſſeſſio facta eſſet utilior alia uia, non teneretur redimens dare illud plus: verbi gratia, quando Titius emit poſſeſſionẽ centum aureis, tunc temporis, tanti ualebat iuſto pretio: poſtea ex aliquo accidenti fortuito poſt tres, aut quattuor annos alterata ſunt pretia rerum, ſiue cõmuniter, ſiue in illis pertinentijs, vbi erat poſſeſſio, vel eædem arbores, quæ erant in dicta poſſeſſione creuerunt; propter quod poſſeſſio poſtea plus ualet abſq; aliquo beneficio, melioramento, aut induſtria à dicto Titio præſtito, tunc Titius non poteſt petere tale augmentum, ſed tantum, quantum ſoluit. Aliud exemplum, Marcellus emit domum dirutam, uel minantem ruinam, in qua non poſſet habitari, niſi repararetur, poteſt paciſci, vt illud, quod expendetur in reparatione, ſibi detur ultra pretium ſolutum.

Alius caſus eſt, ratione fructuum pendentium, tunc, & eo caſu emptor poteſt accipere tanto plus tempore redemptionis, quanti ualent fructus pendentes, qui inueniuntur, quando poſſeſſio redimitur. Exemplum, Marcellus emit vineam à Petro menſe Octobris, cum pacto retrouẽdendi, poſtea Petrus vult illam redimere de menſe Auguſti, tenetur ſoluere tantum plus, quanti ualent fructus pendentes.

10 Tertio, quòd uenditor poſſit redimere quando vult, ita quòd remaneat ei facultas libera redimendi, ſeu affrancandi quandocunque, aliàs pactum eſſet iniuſtum regulariter loquendo. Abbas, in cap. ad noſtram, de empt. & uend. & c. illo vos, de pignoribus.

Dixi (regulariter) quia in aliquibus caſibus pactum hoc poteſt coarctari, poteſt enim quandoque fieri pactum redimendi vſque ad tempus determinatum, quo tranſacto res uendita remaneat irremedibilis, dummodo non fiat in fraudem uenditoris. Exemplum, Petrus emit agrum à Marcello cũ hoc pacto, vt poſsit illud redimere ante tres annos, quibus elapſis non amplius redimere poſsit: ſi hoc pactũ ponitur bona fide, vt cogitet, & ſtimulum habeat venditor de redimendo, quia iam emptor, vt complaceret amico, emerat: & pretiũ non eſt minus iuſto, tunc licitum erit; ſi verò ponitur tale pactum, quia emptor cogitat

Digitized by Google

gitat venditoris impotentiam, ꝙ non poterit infra tale tempus redimere, eſſet fraus, & ideo illicitũ, maxime ſi emit minus iuſto pretio ordinario, ratione talis pacti, quod facit rem valere minus, vt dicetur nunc: ſed vt contractus iuſtificetur, debet ſuppleri iuſtum pretium in caſu, quo ager efficeretur irredimibilis. Nauar. cap. 17. num. 248. Sot. lib 6. de Iuſt. & iu. q. 5. art. 3.

Licebit quoque ponere pactum, vt non poſſit redimi ante quinque, aut ſex annos, ſi fiat bona fide, aliàs non, puta quia vult meliorare, & impuguare agrũ, & interim frui effectu illius melioramenti. Nauar. quo ſupra. Extra hos caſus non licet pactum tale coarctatum in contractu ponere.

Quarto, licet hoc pactum diminuat de pretio, itaque iuſtè poſſit vendi minoris, quam ſine hoc pacto, argu. l. fundi partem. ff. de contrah. empt. tamen pretium non debet eſſe minus iuſto. Sed quæritur, quantum poſſit minui iuſtè de pretio ex contemplatione huius pacti. Reſpondetur ſecundum Canoniſtas, ꝙ quarta pars. Exemplum, domus quę regulariter valet ducentos aureos poſſet iuſtè vendi cũ hoc pacto retrouendendi pro ducatis centũ quinquaginta, ut ſi venderetur minus, eſſet peccatum iniuſtitiæ, vnde emens teneretur ad iuſtum reducere pretium, & ſic contractus iuſtificaretur. Et ſi quæratur, quanto tempore durat hoc pactum redimendi, ita quod eo tranſacto res vendita non poſſit amplius redimi? 11

Pactum de retrouendendo diminuit de pretio.

Reſpondetur, quòd ſpatio triginta annorum præſcribitur hoc pactum, itaque elapſis triginta annis, non amplius eſt locus affrancationi. Doct. l. 2. de pactis inter emptorem, & venditorem. Iaſon & Dec. in l. petens, C. de pact. inter empt. & uendit. Verum ſi res fuit uendita minoris, contemplatione talis pacti, præſcripto tempore, & re non redempta, emptor tenetur ſupplere iuſtum pretium, id eſt tantum, quanti pluris vendita eſſet ſine tali pacto.

Hoc pactum quando præſcribatur.

Hæc regula de præſcriptione non habet locum in emptione annuorum cenſuum, & reddituum, in quibus hoc pactum de redimendo nunquam præſcribitur, ſecundum bullam Nicolai V. vt dicetur infra.

Quinto, emere cum pacto retrouendendi, & poſtea locare venditori rem emptam, licitum erit, ſi fiat bona fide, & ſine fraude, quia ſicut poteſt huic, vel illi, ita & venditori locare. Fraus eſſet quando emptor non intenderet emere, niſi ad hunc finem. Et quando commodum, & incommodum pertineret ſolum ad venditorem rem venditam conducentem, ſaluo affictu emptori. Et quando emptor vellet, vt venditor teneatur rem venditam conducere. Et quando venditor conducens rem, non poſſet ſe à conductione liberare quando vellet: tunc enim huiuſmodi pacta eſſent illicita, & in fraudem vſurarum.

SVM-

SVMMARIVM MATERIERVM,

Quæ continentur in hocmet octauo capitulo, circa contractus Cenſuales.

1 *DEfinitur Cenſus quid ſit, & quantæ conſiderationis ſit eius materia, admonetur.*

2 *Declaratur quid ſit Cenſus fructuarius, quid pecuniarius, reſeruatiuus, & conſignatiuus.*

3 *Demonſtrãtur differẽtiæ inter Cenſum reſeruatiuũ, & conſignatiuũ.*

4 *Dicitur quid ſit Cenſus realis, & quid perſonalis.*

5 *Docetur quid ſit Cenſus temporaneus, quid vitalicius, redimibilis, & irredimibilis, & ponitur eorum differentia.*

6 *Diſputatur ſi poteſt conſtitui aliquis Cenſus de nouo, ſine vitio vſuræ.*

7 *Docetur, Cenſum vitalicium ſecurè ſine vitio vſuræ emi poſſe: verum iniuſtitia in eo cadere poſſet, & quando permittatur.*

8 *Probatur non poſſe emi Cenſum ad tempus determinatum.*

9 *Declaratur, ſecurè poſſe emi Cenſum redimibilem, dummodò concurrant conditiones, à ſummis Pontificibus dictæ.*

10 *Recitatur Bulla Nicolai V. facta ſuper Cenſibus in hoc Regno.*

11 *Recitatur Bulla Pij V. facta ſuper Cenſibus, quæ eſt generalis vbique locorum præterquam in hoc Regno.*

12 *Narrantur conditiones, quæ in contractu cenſuali requiruntur ſecundum Bullas Martini V. & Calixti III.*

13 *Narrantur conditiones, quæ appoſitæ ſunt in Bulla Pij V. pro Cẽſibus.*

14 *Narrãtur cõdõnes, q̃ appoſitæ ſunt in Bulla Nicolai V. ꝑ hoc Regno.*

15 *Narrantur conditiones, Bullæ Gregorij XIII. pro Inſula Siciliæ vltra Farum confirmando illam Nicolai V.*

16 *Examinatur quibus modis vitiari poſſit prima conditio Bullæ Nicolai V. Vnde contractus reddatur illicitus, & vſurarius.*

17 *Declaratur ſecunda, & tertia conditio Bullæ prędictæ.*

18 *Declaratur quarta conditio prædictæ Bullæ, & colliguntur quędam corollaria, & notationes.*

19 *Examinatur quoddam dubium, ſ. ſi vſurarius teneatur vltra vſuras perceptas, reſtituere etiã intereſſe paſſum à patiente, & vltra hoc lucrum factum ex pecunia vſuraria, vbi narrantur plures opiniones.*

20 *Tractatur aliud dubium ſ. an omnia bona vſurarij ſint obligata ad reſtitutionem, an non, vbi pulchris diſtinctionibus veritas aperitur.*

DE

Digitized by Google

DE VSVRA CIRCA

Contractus Cenſuale.

Cenſus dicitur à cenſendo, ideſt æſtimando plures habet ſignificationes: ſed quantum ad noſtrum propoſitum ſpectat, vocatur hoc nomine annuus redditus: & ut ſcias eius definitionem, ſic deſcribitur à Soto lib. 6. de Iuſt. & iu. q. 5. art. 1.

Cenſus eſt ius percipiendi penſionem, ſiue in pecunia, ſiue in fructibus, de re vtili alterius. Dixi (ius) ideſt facultas, & poteſtas, iuſta tamen, & legitima. Quæ autem conditiones requiruntur ad eſſe iuſtam, & legitimam, inferius dicetur. Dixi (penſionem) ideſt cenſum, ſeu partem fructuum, ſiue cenſus ſit pecuniarius, ſiue fructuarius; Dixi (de re vtili) ideſt fructifera, quia in re, quæ non eſt fructifera, non poteſt conſtitui verus cẽſus, ſicut nec fructus percipi poſſunt ex re, quę vſu cõſumitur, aut diſtrahitur vt dictum eſt ſupra, & habetur §. conſtituit. Inſtit. de vſufruct. Dixi (alterius) quia exigens cenſum non habet dominium ſuper re cenſui obligata, ſed tantũ ius ad percipiendum cenſum. 1 *Definitio.*

Cenſus quantum pertinet ad noſtrum propoſitum eſt duplex, ſcilicet vſufructuarius, ideſt quando exigitur in fructibus, puta in tritico, vino, & ſimilibus: & pecuniarius, ideſt quando exigitur in pecunia: & vterque eſt duplex, ſcilicet certus, & incertus. Certus eſt quando fit obligatio ſoluendi certam, & determinatam pecuniarum quantitatem, aut determinatã quantitatem fructuum; puta decem, aut quindecim modios frumenti. Incertus eſt quando fit obligatio ſoluendi tertiam, aut quartam partem fructuum, ex fundo obligato percipiendorum fructuum, aut pecuniarum. 2 *Cenſus duplex.*

Item cenſus eſt quoque duplex, ſcilicet reſeruatiuus, & conſignatiuus. Reſeruatiuus dicitur, quãdo quis confert alteri rem ſuam transferendo dominium rectum, & vtile, ſiue donando, ſiue vendendo, ſeruata tamen ſibi annua penſione ſuper illa. Sotus quo ſupra; ad hoc facit textus in l. fin. C. de rerum permutatione, & Gloſ. ſuper cap. conſtitutus, de religio. domi. Exemplum, Marcellus vendit domum mille aureis, quæ realiter non accipit, ſed pro illis ſuper dicta domo imponit cenſum ſexaginta aureorum ſingulis annis ſoluendorum. Aliud exemplum, Petrus vendit domum ualentem mille, pro quingentis cum onere, vt emptor teneatur ſoluere quadraginta aureos cenſuales ſingulis annis, cum pacto, vt emens poſſit eos extinguere pro alijs quingentis, quando uoluerit. Aliud exemplum, Marcellus donat Petro prædium, reſeruando ſibi, vt Petrus ſingulis annis teneatur ſibi ſoluere menſuras decem tritici, & ſex dolia vini. In omnibus his contractibus, & ſimilibus transfertur dominium, & omne ius rei traditæ in emptorem, ſeu donatarium, reſeruato ſolum iure exigendi penſionẽ ipſi venditori, ſeu donanti, & ſic de alijs dicendum.

Cenſus conſignatiuus dicitur, quando quis retẽtis directo, & vtili dominio rerum ſuarum, ideſt dictis ſuis bonis, & eorum vſu, conſignat alteri certã penſionem, aut per viam donationis, aut uenditionis, quam obligatur ſingulis annis ſoluere. Exemplum, Marcellus indiget centum aureis, & habet domum valentem ducentis, quam nollet alienare, vendit octo aureos annui cenſus, pro ducẽtis centũ, quibus ſupponit ipſam domũ, cum pacto ſe abſoluendi ab illo, qñ voluerit. In hoc cõtractu cõſignat cẽſus annuus octo ducatorũ ſup domo, q obligatur, quo ad cenſum tm cũ retẽtione recti, & vtilis dñij ipſius domus.

Sed hic quæritur. Si quis uerè uendiderit domum aut poſſeſſionem aliquam, de qua non recipit pecuniam manualiter, ſed de ea conſtituet tm̃ cenſum ſuper re vendita; quomodo uocabitur hic cenſus? Reſpondeo, iſte contractus dupliciter fieri pōt primo æſtimabitur poſſeſsio, quanti ualere poteſt, deinde ponētur ſuper ea ſeptem, uel octo aurei cenſus pro quolibet centenario, iuxta ualorem pretij ęſtimati, ac denique alienabitur emptori cum onere dicti cenſus, cum hac facultate, ut poſſit illum redimere, & affrancare quandocunque, pro dicto pretio æſtimato: & hoc modo uocabitur cenſus reſeruatiuus. Secundo fiet uenditio libera pro tanto pretio, quod uenditor confitebitur recepiſſe; deinde eodem cōtextu, venditor ex eodem pretio, emat cenſum annuum, tot pro centenario, cui ſubmittet, & obligabit dictam rem alienatam, & alia emptoris bona, ut uidebitur, cum poteſtate affrancandi, &c. Itaque in hac ſtipulatione erunt duo contractus, unus uenditionis rei ſtabilis, & alter emptionis cenſus ſuper dicta re, & hoc modo uocabitur cenſus conſignatiuus.

3 *Differentiã inter cẽſum conſignatiuũ, & reſeruatiuum.*

Differunt iſti duo cenſus, ſ. cōſignatiuus, & reſeruatiuus in hoc videlicet, quādo aliquis reſeruat penſionem ſuper re, quam alienat, ſiue per donationem ſiue per uenditionem, penſio illa non debet excedere ualorem fructuum, quos reddit res obligata cenſui; puta ſi ponitur cenſus ſuper poſſeſſionē reddētē ad rationem ſex pro centenario, non debet poni cenſus, ut octo: & ſi res obligata cenſui eſt domus, cenſus non debet eſſe maior ſimplici locatione, ideſt pretio, quo locaretur. In quibus taxationibus dicti cenſus reſeruatiui (regulariter loquendo) obſeruanda eſt regula cenſuum emphyteuticorum, & locationum, qui ſecundum valorem fructuum cōmunium taxari ſolent, quos reddere poſſunt res locatæ, & ad emphyteuſim datæ. Dixi (regulariter loquendo) in quibuſdam enim rebus particularibus, hęc regula non obſeruatur; ſed habetur reſpectus ad quaſdam alias circunſtantias, puta, ſi cenſus reſeruatiuus conſtituetur ſuper pretioſa, & magna domo, vel ſuper delitioſo pomario, tunc cenſus eſſe poterit plus quam huiuſmodi reddere ſolent: iſtæ namque res non poſſunt locari, plusquam ad rationem trium, aut quattuor pro cētenario Vnde Baldus in l. fi. § fin autē, de bon. quæ liber. ait, domus pretioſæ ſunt quodammodo ſteriles, itaque plurimi ualent, & minoris fructificant: eodem pacto de pomariis delicioſis dico. Vnde in huiuſmodi, & ſimilibus rebus, cenſus reſeruatiuus poni poſſet magis, quā communiter locari ſolent, puta ad rationem quinque uel ſex pro centenario, in ſimilibus enim non attenditur ualor fructuum, quos reddunt, ſed commodum ementis, quo ad recognitionem dominij. Quādoque cenſus reſeruatiuus deberet eſſe minor fructibus, quos res cenſuata reddit, ſeu locatur. Exemplum de molino ſuper flumine, quāuis enim huiuſmodi locētur ad rōnem duodecim pro cētenario, tamen deductis expenſis magnis, quę in illis fiunt, propter inundationum pericula, quę currunt, non reddunt in ſumma plus, quam ſex, uel ſeptem pro centenario: unde ita deberet eſſe cēſus. In alijs uerò, quæ reddunt fructus communes, penſio eſſe poterit ſecundum ualorem fructuum, quos reddunt, quanti ſ. locarētur, uel ad Emphyteuſim darentur: dū modo detur facultas cenſuario, ut cenſum affrancare poſſit, quando uoluerit pro pretio, quo res appretiata fuerit, nam hæc non aliter differunt inter ſe quā quod conductor ſoluit penſionem de re, ſuper qua non habet nec rectum, nec utile dominium emphyteuta, de re, ſuper qua habet tantum utile dominium, l. 1. C. de iure emph. ſed cenſuarius, de quo loquimur ſoluit de re, ſuper quam habet rectum, & utile dominium. c. conſtitutus, de Religioſis domibus.

Differentia inter conductorem, & emphyteutã, & cenſuarium.

Et ſi dices, ut dicunt aliqui, quorum opinionē ſequitur ſumma Angelica, ſ. q. rem ſuam cenſuando, uel ad emphyteuſim dando, vellet quantū pro affecto ex illa extrahere, eſſet uſura: cenſuarius namque ultra cenſum, quem ſoluit, tenetur rem

Digitized by Google

tur rem cenſuatam conſeruare,& quando opus eſt,ſuis ſumptibus reparare,& ſi pars illius caſualiter periret,l.2.C.de iure emph.ſed conductor rem locatam nec conſeruare,nec reparare tenetur.l.Colonus, ff.locati, nec tenetur de caſu fortuito,niſi culpa ſua veniret; itaque cenſuarius hoc modo ſolueret pluſquã conductor: ideo dicunt iſti,quod in conſtituendis cenſibus, non debemus attendere ad valorem fructuum,quos reddit res cenſuata; ſed ad eius valorem currentem ratione quinque pro centenario.

Ad hoc reſpondetur,& primo dico,in hoc caſu non poſſe propriè committi vſurã,niſi præſumptiuè;ſed potius iniuſtitiam, dũ cenſus eſſet immoderatus, ita ut locus,ſuper quo ponitur,eum pati non poſſet: & in hoc non põt dari regula uniformis reſpectu fructuũ, propter caſus ſupra recitatos Regula quidẽ cõmunis eſſet, ut credo,quando poneretur ad rationem ſeptem pro centenario,iuxta valorem rei cenſuatę,& dum res fructificat ſecundũ talem menſurã; tunc dicetur penſionẽ eſſe,& exigi ſecundum valorem fructuum cõmunium. Illę autem res quæ fructificant plus hoc,ut ſunt molendina in aqua,promptuaria apothecę,& ſimilia; non debent cenſuari ſecundum menſurã fructuũ quos reddunt, molendina enim currunt pericula, ut dixi. Inſuper apothecæ, promptuaria,& ſimilia,ſi habent pretia exceſſiua,hoc accidet,vel qualitate loci,uel temporis, quæ non ſemper æqualiter ſunt ita conditionata, & ideo iniuſtitia eſſet,huiuſmodi res ſecundum menſuram quos reddunt, cenſuare; promptuaria enim locabuntur pluris in uno anno, quam in alio, propter diuerſitatem negotiorum quæ current, aut abundantiam rerum quæ ibi reponentur, quę locationes,cũ non ſint continuæ,& eiuſdem pretij, non debent pro fructibus cõmunibus reputari,ſed ad iudicium prudentis æſtimari. Illi aũt dicentur fructus communes,qui continui ſunt,& æqualiter omni tẽpore,vel ſaltem longo tempore exiguntur,ad quorum menſuram cenſus imponi poſſunt, de quibus eſt ſermo,verbi gratia:poſſeſſio quædam à fertili,ad infertile ſolet cõiter tantũ fructificare, ideo eiuſdẽ tantus debet eſſe cenſus,ſic etiã dicendum eſt de domo,quæ ſine alia circunſtantia,ſcilicet temporis alteratione, aut loci qualitate,tanti continuè locari ſolet. Et ad rationem contrariæ opinionis reſpondetur,quamuis cenſuarius, & emphyteuta uideatur ſoluere plus, quam ſimplex conductor,ex eo quia tenetur rem conſeruare,& reparare,iſtud tamen incõmodum non eſt iniuſtitia, cenſuarius enim reſpectu ſimplicis conductoris ſentit aliud maius commodum,ſ.rectum dominium,propter quod non poteſt expelli à re cenſuata, pro uſu domini cenſus, quod priuilegium non habet ſimplex conductor.l.ædem. C.loca. Idem intellige de emphyteuta. Præterea, ſi res locata,uel in emphyteuſim data,aliquod incrementum pro tempore habuerit,illud cedit cenſuario,quod non accidit conductori, itaque non dicetur iniuſtitia,ſi quandoque ſoluatur aliquid plus,pro reparatione, contemplationi recognitionis recti,& utilis dominij, vt ſentit Bar.l.1. C.de iure emph.

Regula in cõſtituendis cẽſibus.

Sed quando conſtituitur cenſus conſignatiuus ſuper aliqua ſtabili, non eſt neceſſe,ut fructus illius rei ſtabilis adæquent cenſum,dummodo non ſit fraus, & iniuſtitia in pretio quo emitur cenſus,ad quod eſt ualdè attendendum. Sotus quo ſuprà artic.2.

Et ſi quæratur,quomodo cognoſcenda eſt iniuſtitia in emptione cenſus conſignatiui. Dicetur inferius, ubi narrabimus uarias Extrauagantes diuerſorum Pontificum ſuper hoc editas,ſecundũ quod uariè obſeruatur in diuerſis locis.

Secunda differentia.

Secunda differentia inter cenſum conſignatiuum,& reſeruatiuum eſt, ꝙ cũ cenſus reſeruatiuus ponatur ſuper aliqua re certa, & ſola obligata,tñ durabit cenſus quantum durabit res obligata:itaque ſi domus ſuper qua poſitus eſt,diruitur,vel ager à flumine rapitur,uel ſimile,cẽſuatius liberatur à ſolutione cẽ

Digitized by Google

ſus. Sed in cenſu conſignatiuo non ſolum obligatur: aliqua res certa ſecundum conſtitutionem Nicolai V. & Greg. XIII. vt dicetur, ſed etiam omnia incerta, vt mobilia, & ſtabilia, pręſentia, & futura, ac etiam propria perſona: ideo deficiente illa ſpecialiter obligata, non extinguitur cenſus, quia poteſt recurri ad alia bona; & tunc permeat ad hęredes, & ſucceſſores in perpetuum, quia tunc omnia eorum bona obnoxia ſunt ſolutioni, & ideo hæredes antequam hęreditatem acceptent, ſibi conſulant.

Tertia differentia.

Tertia differentia eſt. Qui conſtituit cenſum conſeruatiuum, poteſt ſibi reſeruare rectum dominium ſuper re, quam tradit cum onere illius cenſus, & dare emptori vtile dominium tantum, donec cenſus ſuperpoſitus redimatur, dicendo: ꝙ nunquã res intelligatur alienata, donec cenſus affrancatus fuerit: ſed in cenſu cõſignatiuo, hoc fieri non poteſt: ratio deſumitur ex diuerſa natura iſtorum cenſuum, vt ex ſupradictis patere poteſt. Vnde valde erraret, qui venderet aliquam domum, vel poſſeſſionem, & non recipiens pecuniam de præſenti, faciendo de illa cenſum conſignatiuum, reſeruaſſet ſibi tale rectum dominium; nam vt ſuprà dixi, in huiuſmodi cenſibus primo transfertur dominium rei ſuper qua imponitur cenſus, per realem venditionem, per quam res alienatur: vnde quòd res ſit alienata, & poſtea reſeruet ſibi rectum dominium, eſt contradictio in contractu, & iniuſtitia magna, ideo &c.

4 *Cenſus conſignatiuus duplex.*

Cenſus iſte conſignatiuus põt eſſe duplex, ſcilicet realis, & perſonalis. Realis erit, dum conſtituetur ſuper bonis ſtabilibus, & mobilibus: perſonalis autẽ, dum ponetur ſuper ipſa perſona: ſicut enim perſona ipſa obligari poteſt ſua ſpontè ad contribuendum tantam quantitatem alicui loco, vel alteri perſonæ ſingulis annis, etiam ſi nihil poſſideat, ita etiam illammet actionem alij vendere poteſt: pręterea alicui ſibi ſeruiẽti ſe obligare poteſt, illi tot pecunias annuatim ſoluere. Poteſt denique Princeps à ſuis vaſallis aliquod tributũ perſonale exigere, quando aliud non poſſideret, & illud idem alteri vendere, ei perſonas vaſallorum obligando, & quod poteſt de vaſallo dominus facere, poteſt etiam ipſe de ſe diſponere, multas alias rõnes adducit Sotus loco ſupra citato, ar. 1. ad probandum perſonam ipſam obligari poſſe.

5 *Cenſus vitalitius.* *Cenſus ad tẽpus.*

Qui cenſus cõſignatiuus adhuc duplex eſt, ſcilicet temporalis, & perpetuus. Temporalis eſt, quando datur ad uitam hominis, id eſt durat, vita durante, & hic vocatur vitalitius: vel eſt ad tempus, id eſt ad decem annos determinatus, vel ſimile. Perpetuus eſt, quando non ſolum datur vita durante, ſed etiam extenditur ad hæredes, & ſucceſſores.

Cenſus perpetuus redimibilis. *Irredimibilis.*

Cenſus perpetuus eſt quoque duplex, ſcilicet alius redimibilis, alius irredimibilis. Redimibilis eſt, quando ponitur pactum, vt ab ipſo debitore redimi poſſit inuito creditore ſcilicet, quando in contractu conſtitutionis cenſus ponitur pactum de retrouendendo, vt debitor ſe abſoluere poſſit à ſolutione annui cenſus, reſtituto pretio, quo emptus erat. Irredimibilis eſt quando non poteſt redimi inuito creditore, ſed quantum ipſe dominus cenſus uoluerit, quia in illo non apponitur pactum de retrouendendo.

Differentia inter duos cẽſus.

Differt cenſus redimibilis, ab irredimibili in hoc, quòd redimibilis minus valet, quam irredimibilis, propter pactum redemptionis: & hęc differentia regulariter currit pro medietate. Exemplum, quinque aurei annui cenſus perpetui irredimibilis valet centum aureos: ſi autem erunt redimibilis, valebunt quinquaginta. Glo. notabilis in authentica perpetua, de Sacroſanctis Eccleſ. Iaſon in l. ſi fundum per fideicommiſſum, de legatis primo. Dixi (regulariter) quia copia, & inopia pecuniarum, poteſt quandoque currere tale pretium paulo plus vel minus. Dixi etiam (regulariter) quia ut ait Sotus, l. 6. de iuſtitia, & iure, q. 5. art. 2. ad primum arg. non ſolum quantitas cenſus emen

Digitized by Google

di perſpiciendũ eſt,ſcilicet, quòd ſit ad rationem quinque,vel ſex pro centenario,ſed etiam loci ſtabilitas,& perpetuitas,ſuper quo cenſus fundatur,ſtabilire namque cenſum irredimibilem ſuper domum, non erit perpetuus,ſicut ſuper terris,& perpetuis paſcuis,cum domus ruere poſſit,& amitti cenſus, unde plus valet cenſus poſitus ſuper terris, quam ſuper domo. Veruntamen in hac ſpecie cenſus vniformis regula dari non poteſt in omnibus,& per omnia, ſed ut Sotus ait,illud erit pretium iuſtum, quod pro maiori parte temporis currit, & communiter obſeruatur,ſine fraude,aut ui.

Quantum ad cenſum redimibilem, vt ſciatur ratio pretij iuſti,ſeruanda eſt lex ſummorum Pontificum,qui ſuper his uarias Extrauagantes conſtituerunt, vt inferius dicetur,ac etiam Pragmaticæ Regiæ ſuper his editę. Quibus deficientibus, ſeruanda eſſet lex naturalis, vel conſuetudo locorum,per viros approbatos obſeruata.

Quæritur modo,pro dictorum maiori intelligentia,an cenſus annus ſimpliciter emi,& vendi poſſit? 6 *Dubium.*

Reſpondent quidã Theologi, ut Henricus Quolib. 1.q.39.Greg.Arimin.& ex Canoni.Innocentius,quos Sotus citat lib.6.de Iuſtitia,& iure,q.5.ar.11.cũ diſtinctione,ſ.ſi cenſus eſt ab antiquo conſtitutus,licitè poteſt emi, ſi autem de nouo conſtituatur,nullo iure licitum erit illum emere. *Reſponſio. Henricus. Gregorius. Innocentius.*

Et ratio eorum eſt quia in emptione, & uenditione debet diſtingui pretium à merce,ut habetur l. 1.de contrah.empt.quando autem cenſus eſt conſtitutus habet ſuam rationem mercis, & ex conſequenti poteſt emi. Sed ſi de nouo conſtituatur,maximè ſi eſt pecuniarius,nullam habebit rationem mercis,tunc enim pecunia,alia pecunia emitur. Et ſi diceretur,cenſus antiquus habuit principium quando fuit conſtitutus, ſi autem tunc fuit licitum conſtitui, cur non erit nunc? ſi autem minimè,neque illum met licebit emere. Reſpondent, dicitum eſt unicuique conſtituere cenſum ſuper bonis ſuis per viam donationis, obligando ſe dono ſoluere tantum ſingulis annis:qui cenſus ſic inſtitutus,itatim poteſt vendi,quia tunc effectus eſt merx: pari etiam ratione tributa poſita ſuper ciuitate à Principe,emi poſſunt, ſed quòd ematur cenſus de nouo ſuper bonis alterius conſtituendus,non uidetur licitum. *Ratio iſtorũ.*

Hanc opinionẽ Sotus, loco ſupra citato, multis rationibus refellit,& Sylu. Verbo, Vſura,2. §.12.dicit,hos auctores decipi non dignoſcentes,hic differre mercem à pretio, nam qua ratione,dum emantur redditus antea conſtituti, diſtinguitur pretium à merce, quia non emitur pecunia, ſed illud ius exigendi,ita dum de nouo cõſtituitur,idem ius emitur,quod mercis rationem habet; Et confirmatur,nam quod hoc ſit licitum, definitum eſt ab Eccleſia, ut patet per multas Extrauagantes infra recitandas. *Refutatio opinionis.*

Secundo quæritur,an cenſus vitalitius,ideſt ad uitam hominis ſit licitus? Reſpondetur, quando conſtituitur cenſus ad tempus indeterminatum, puta ad uitam ementis,aut eius filiorum,aut vſq; ad tale tempus, verbi gratia, quando paternam hæreditatem habebit, aut huiuſmodi, tunc licebit, nam, ſicut quis poteſt fundum ſuum in emphyteuſim dare alteri ſua uita durante, & reſeruare ſibi annuam penſionem, ita econtra poteſt re ſua retenta, penſionem conſignare, & ipſam ad uitam vendere,& ſicut quis poteſt conducere alicuius prædium ad uitam,& fructus percipere: ita etiam poteſt ſuper eodem prædio ius pecuniarum ad vitam emere, quia fructus pecunia ęſtimari poſſunt, nec vſuræ vitio maculabitur,cum dubium ſit,quanto tempore ſit victurus, quantum vel fructuum emptor ſit percepturus; in quibus verè emptionis, & uenditionis ratio manifeſtatur. Verum hęc indeterminatio pendere debet à natura,vel fortuna (ut ita dicam)ſine eorum inductione,& non à volũtate,nam 7

Nota qua fraus committi poßit in emptione cenſus.

ſi diceret; cenſus duret, uſque ad tempus, quo vxorem ducam, vel ſimile, fraus eſſet, poſſet enim tempus differre ſuo modo, & interim cenſum exigere.

Et notandum eſt, hic, quod duplex fraus, & prauitas eſſe poteſt in emptione cenſus, ſcilicet uſuræ, & iniuſtitiæ, quando enim emitur res, quæ inuendibilis eſt, puta uſus nummorum, & huiuſmodi; aut uenditur quidem res uendibilis, tamen ad terminatum tempus, ſecundũ arbitrium emptoris, qui poſſet repetere pecuniam quando uelit, & ſimilia, ut dicetur, uitio uſuræ non caret, qa ut ſic contraheret, ac ſi mutuaſſet, ſed ſi uenditur res, quę uendibilis eſt, & emẽti redhibitio non conceditur, ſed uenditur pretio iniquo, iniuſtitia committitur. Vt autem ad euitandum Scyllam, in Charybdim non incidamus, cõſiderandum eſt, cuius vitæ, & ætatis ſit emptor, nempe ſenex, an iuuenis, nam ſi eſt ſenex, aut valetudinarius, & cenſus emit ad vitam ſuam, iuſtè emere poterit minori pretio, & ita dicendum, ſi emitur ad vitam venditoris, & ratio eſt: quia de eius ſalute deſperatur, ſin autem fuerit adoleſcens, pretium iam à lege taxatum excedere non debet, & vbi non eſt lex, obſeruari debet conſuetudo approbata, uel fiat cum diſcretione, conſiderando tempus, quo viuere poteſt ad iudicium ſapiẽtis. Vnde Romæ, tempore felicis recordat. Pij V, quo Eccleſia propter bellum nauale, indigebat pecunijs, dabãt tredecim, & quindecim pro centenario, ad uitam ementis, ſecundum ætatem, & complexionem.

Tertio quæritur, an emere cenſus ad tempus determinatum ſit licitum? Reſpondetur, dubium hoc dupliciter intelligi poteſt. Primo, quod emptor ducat in pactum, ut uenditor cenſus teneatur illum reemere, pro tali tempore, puta ab hinc ad decem annos: itaq; eo elapſo, poſſit cogi ad reſtituendum pretium ſolutum pro cenſus emptione, & hoc modo eſt prohibitum tanquam vſurarium; pactum enim illud, aliud ſignificare non vult, niſi mutuare centum pro decem annis, cum pacto, ut in fine decennij integrè reſtituantur; & interim ſoluat tot pecunias ſingulis annis pro tali uſu; nam inter mutuare, & emere, talis eſt differentia, mutuans enim poteſt ſuam pecuniam repetere quando vult, emptor autem minimè: & verè cenſuare, eſt realiter emere, vt dictum eſt: imò quid aliud vociferant tot Extrauagantes, Summorum Pontificum, quam pactum hoc prohibere, & condemnare? Secundo, dubium hoc intelligi põt, vt emptor emat cẽſum ad decẽ annos, quo tpe elapſo, cenſus extinguatur abſque repetitione pretii, quo emptus fuit: & hoc modo diſtinguendum eſt. Aut cenſus erit pecuniarius, aut fructuarius: ſi erit pecuniarius, ait Sotus quo ſupra, non poteſt emi ſecurè, niſi tanto pretio, quanta eſt omnium penſionum ſumma; puta emere cenſum decem aureorum, per decem annos determinatos non poſſent emi minoris centum aureorum; quæ uenditio parum differt à mutuo, unde ſi minus emerentur, puta per nonaginta, eſſet fraus vſurę, ac ſi per illud decennium ex mutuo, decem plus acciperet. Richard. autem quæſtio. 80. tenet hunc contractum valere, quando emens ad inſtantiam amici pateretur aliquod intereſſe, quod eſt verum, concurrentibus illis conditionibus, ſupra de intereſſe recitatis: Sed extra hęc non liceret.

Differẽtia inter mutuare, & emere.

Si autem cenſus erit fructuarius; aut penſio erit determinata, ideſt decem menſuras tritici, tot dolia vini, vel ſimile: & tunc eadem ratio curreret, ut de pecuniario dictũ eſt. Aut erit indeterminata, ideſt fructus, quos reddere poterit talis poſſeſſio, aut medietatem, vel ſimile, & tunc licebit, ait Sotus, fructus enim hoc modo, cum ſint multis periculis ſubiecti, dubium eſt, an emptor exiget plus, uel minus, eo, quod ſoluit pro tali cenſu: itaque dubius euentus fructuum facit contractum hoc modo licitum. Et quoniam huiuſmodi contractus non videntur multum practicari, ideo de illis ſatis.

Quarto quæritur, an cenſus perpetuus redimibilis, de quo eſt noſtra princi-

palis intentio licitus ſit? Dicitur ꝙ ſic: concurrentibus tamen quibuſdam conditionibus, quæ in uarijs locis uariæ ſunt, prout uarias conſtituerunt diuerſi Summi Pontifices, quas Conſtitutiones dicemus per ordinem.

Prima Conſtitutio fuit Martini V. quæ habetur in Extrauaganti prima, de emptione, & venditione: quæ incipit Regiminis, quæ fuit facta tpe Concilij Conſtantienſis, currente Anno Domini 1423. vt habet in ſumma Conciliorũ.

Secunda conſtitutio fuit Nicolai V. qui fuit poſt Martinum: quam Conſtitutionem facit particulariter pro Regno Siciliç citra, & vltra Farum, ad inſtantiam Regis Alfonſi: ſub anno Domini 1458. per quam derogatur generali ipſius Martini, quãtum ad hoc Regnum, quæ Conſtitutio inſerta eſt inter Pragmaticas Regis Alfonſi I. in titulo de Cenſibus, cuius tenor eſt talis.

Bulla Nicolai V. ſuper Cenſibus.

ALfonſus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ citra, & vltra Farum Valentiæ, &c. Vniuerſis, & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis, tam præſentibus, quam futuris notum facimus, & teſtamur. 10

Qui heſterno die Sanctiſſimi Domini Noſtri Nicolai Diuina prouidentia Papç V. litteras recepimus, eius uera Bulla plũbea in filis ſericis coloris rubij, croceique more Romanç Curiç bullatas, non viciatas, neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes, tenoris, & continentiç ſubſequentis.

Nicolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad futuram & perpetuam rei memoriam. Solicitudo paſtoralis officij, fores noſtræ prouidentiç pulſarç non deſinit, ut indemnitati, ac ſtatui proſpero fidelis populi Curç noſtrç cçlitus cõmiſſi, iuris moderando rigorem, per optimç prouiſionis remedia, quantum ex alto nobis permittitur, ſalubriter conſulamus. Sanè ſicut fide dignorum, ex relatione didicimus in Regno Siciliç, ac certis alijs dominijs, & terris cariſſimi filii Alfonſi Aragonum, & utriuſqye Siciliç Regis Illuſtriſs. Auaritiç cçcitas, & damnandç ambitionis improbitas quorundam oculos adeo excçcarunt. Vſurariaque prauitas illis in partibus tantum excreuit, quòd incolç, & habitatores partium illarum pecuniis indigentes, eas vix aliter quam fœneratorum opera, quaſi inauditum fœnus exercentium conſequi poſſent, & cum eas acceperint, ſi in tempore percepto non reſtituerint, breui eorum bona inſatiabili vſurarum voragine miſerabiliter conſumuntur. Et quod in dominiis, & terris ipſius Regis vltra montes conſtitutis, videlicet in Regnis Aragonum, Valentiç, & Maioricarum, ac principatu Cataloniç, & Comitatibus Roſilionis, & Ceritaniç. Vniuerſitates, & ſingulares perſonç, tam Eccleſiaſticç, quam ſçculares huiuſmodi pecuniis indigentes, ut cum minori incommodo eas habere poſſint per venditiones annualium cenſualium, quç mortua nuncupantur, ſuper domibus, poſſeſſionibus, & proprietatibus ſpecialiter, uel etiam generaliter, ſuper omnibus bonis, redditibus, emolumentis, iuribus, & rebus eorum, mediante tamen inſtrumento gratia redimendi onera eorum ſibi vt plurimum proſpicere, & conſulere conſueuerunt. Quod in prçdictis eiuſdem Regni partibus, & Regnis vltra montes conſtitutis, non ſolum in longam conſuetudinem, de cuius contrario, memoria hominum non exiſtit, more vtentium deductum eſt; ſed etiam per municipalia huiuſmodi Regnorum, & partium iura, per Regem ipſum, ſeu eius prçdeceſſorem, cum conſenſu trium brachiorum, videlicet Eccleſiaſtici, Militaris, & Regalis, promulgata ſpecialiter confirmantur.

Cum itaque multis incolis, & habitatoribus partium, & dominiorum eiuſdem Regis citra montes conſtitutorum indigentibus per huiuſmodi cenſualium venditiones ſubueniri, ipſique fœneratorum vſuris eximi poſſint. Sed qui in hoc pecunijs abundantes, dubitant vſurariam prauitatem committere, & eiſdem indigentibus more præmiſſo ſuccurrere formidant, in indigentium detrimentum, & fœneratorum eorumdem euidens incrementum pro parte eiuſdem Regis aſſerentis, & ſubditis ſerenitatis ſuæ, quam plures grauium vſurarũ voraginibus magnis hactenus pecunijs exhauſtos exiſtere; alios quoque in dies pecuniis egẽtes fœnore magis opprimi, & vexari: nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis paterno compatientes affectu in præmiſſis, de opportunæ prouiſionis opere ſuccurrere, præfataſque cenſualium uenditiones, cum clauſulis, & cautionibus, ad earum validitatem inter venditores, & emptores, mutuo conſenſu ineundis abſque læſione conſcientiæ in Regnis Siciliæ citra, & vltra Farum fieri poſſe, debere decernere, & declarare; de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur pro debito paſtoralis miniſterii nobis diuinitus iniuncti, ſuper his ſalubriter prouidere, ac ſtatui, & indemnitatibus incolarum, & habitatorum Regnorum, & terrarum dicti Regis, citra montes conſtitutorum præſentium, & futurorum, quantum cum Deo poſſumus ſubuenire cupientes, & attendentes, quod Clero, terrarum, & dominiorum ipſius Regis citra montes conſtitutorum in ſuis olim indigentiis, per venditiones prædictorum cenſualium auctoritate Apoſtolica pluries conſultum, & prouiſum fuit, præfati Regis in hac parte ſupplicationibus inclinati, tam eidem Regi, quam huiuſmodi Regnorum Siciliæ citra, & vltra Farum, omnibus, & ſingulis incolis, & habitatoribus ac locorum, ciuitatũ, & terrarum Vniuerſitatibus præſentibus, & futuris huiuſmodi cenſualia ſuper rebus, & proprietatibus ſuis, ac facultatibus, & emolumentis eorundem inſtrumento gratiæ pro conſimili pretio illa redimendi mediante. Dummodo annualis cenſus huiuſmodi cenſualium decimam partem principalis recepti, ſeu pretii eorundem non excedat, inter ſe contrahendi, vendendi, & emendi, cum opportuna contrahentium ſecuritate, tuitione, & indemnitate, ac cum poteſtate vendentes, perſonas, eorumque proprietates, redditus, iura, iuriſdictiones, cenſus, ac omnia, & ſingula mobilia, & inmobilia bona obligandi, & obligari faciendi, ac etiam quaſcunque alias obligationes, & ſummiſſiones, cuicunque foro, nec non enunciationes, promiſſiones, ſtipulationes, pœnis, iuramentis, & alis cautionib. vallatas, & alia quæcunque, de quibus inter ementes, & vendentes huiuſmodi cenſualibus conuentum, & in pactum reductum fuerit, plenam licentiam, & liberam, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus facultatem.

Decernentes, & declarantes eoſdem incolas, & habitatores, ac Ciuitatum, & terrarum Vniuerſitates, cenſualia prædicta, modo præmiſſo in Regnis ipſis Sicilię citra, & vltra Farum, liberè, & licitè contrahere, ac emere, & uendere poſſe, neq; propterea uſurariam prauitatem committere, dummodo aliàs, quã, vt præmittitur, quodlibet annuũ cenſuale decimam partem recepti, ſeu pretij venditionis ipſius non excedat, & penſionibus, ſeu annualitatibus illorum in ſortem non computatis, pro totali redemptionem præter principalem ſummam, nihil ultra percipiatur ab emptore, vel exhibeatur à uenditore, non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, ac priuilegijs Apoſtolicis, nec non ſtatutis municipalibus, vel Regalibus, & conſuetudinibus Ciuitatum, & terrarum Regnorum prædictorum Siciliæ, citra, & vltra Farum, etiã iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, etiam ſi de ea facienda eſſet ſpecialis mentio, quæ hic haberi uolumus, & habemus pro ſufficienter expreſſis, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Nulli

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā noſtræ conceſſionis, Conſtitutionis, & declarationis infringere, vel eis auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotētis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1452. pridie Kalendas Octobris, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Ex quibus in hac parte indemnitati, ac proſpero ſtatui incolarum & habitatorum huiuſmodi Regnorum noſtrorum, Siciliæ, citra, & vltra Farum, rationibus, & cauſis in eis expreſſis, multis modis plenè conſultum, atque proſpectum eſt, & noſtra propterea laudatione, & acceptatione dignum.

Quocirca ſcienter, & deliberatè, & cōſultè huiuſmodi Apoſtolicas litteras, & ſingula in eis contenta tenore præſentium laudamus, & acceptamus; decernentes & declarantes tanti roboris, & auctoritatis exiſtere, quanti ea, quæ à noſtræ Maieſtatis prouidentia, legem condendo, decreta, & ſtatuta ſunt.

Tertia Conſtitutio fuit Caliſti III. Qui ſucceſſit Nicolao V. in Anno Domini 1455. Qui fecit aliam Conſtitutionem de Cenſibus, quæ habetur in Extrauaganti ſecunda, de emptione, & venditione, quæ incipit, Regimini. Quarta fuit Pij V. qui fecit aliam vniuerſalem Conſtitutionem, de Cenſibus, ſub anno Domini 1568. quæ ſic incipit.

S. D. N.

S. D. N. D. PII PAPAE V.

Conſtitutio ſuper forma creandi Cenſus.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI ad perpetuam rei memoriam.

11 *CVM onus Apoſtolicæ ſeruitutis obeuntes cognouerimus innumeros celebratos fuiſſe, & indies celebrari Cenſuum contractus, qui nedum non continentur intra limites à noſtris anteceſſoribus, eiſdem contractibus ſtatutos, verum etiam, quod deterius eſt, contrarijs omnino pactionibus, propter ardentem auaritiæ ſtimulum, legum etiam diuinarum manifeſtum contemptum præ ſe ferunt; non potuimus animarum, prout tenemur, ſaluti conſulentes, ac piarum mentium petitionibus etiam ſatisfacientes, tam graui morbo, letiferoque veneno ſalutari antidoto non mederi. Hac igitur noſtr. Cõſtitutione ſtatuimus, cenſum, ſeu annuum redditum creari conſtituiue nullo modo poſſe, niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habetur, de ſui natura fructifera, & quæ nominatim, certis finibus deſignata ſit. Rurſum niſi verè in pecunia numerata, præſentibus teſtibus, ac notario, & in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius, recepto integro, iuſtoque pretio. Solutiones, quas vulgò anticipatas appellant, fieri aut in pactum deduci, prohibemus. Conuentiones directè, aut indirectè obligantes ad caſus fortuitos, eum, qui aliàs ex natura contractus non tenetur, nullo modo valere volumus. Quemadmodum nec pactum auferens, aut reſtringens facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam; quia volumus, rem ipſam ſemper, & liberè, ac ſine ſolutione laudemij, ſeu quinquageſimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter viuos, quàm in vltima uoluntate, alienari. Vbi autem vendenda ſit, volumus dominum Cenſus alijs omnibus præferri, eique denuntiari conditiones, quibus vendenda ſit, & per menſem expectari. Pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria, ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem Cenſui ſubiectam, ſiue aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, ſiue aliundè acquiſitum, perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita ſint, & nulla. Imò Cenſum augeri, & nouum creari ſuper eadem, vel alia re in fauorem eiuſdem, aut perſonæ per eum ſuppoſitæ, pro Cenſibus temporis vel præteriti, vel futuri, omnino prohibemus. Sicuti etiam annullamus pacta continentia ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quem aliàs de iure, & ex natura*

contra-

contractus, non ſpectarent. Poſtremo cenſus omnes in futurum creandos, non ſolum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum, pro parte affecta, volumus ad ratam perire, ſed etiam poſſe pro eodem pretio extingui, non obſtante longiſſimi etiam temporis, ac immemorabili, imò centum, & plurium annorum præſcriptione; non obſtantibus aliquibus pactis, directè, aut indirectè talem facultatem auferentibus, quibuſcunque verbis, aut clauſulis concepta ſint. Cum verò traditione pretij redditus extinguendus erit, volumus per bimeſtre ante id denuntiari ei, cui pretium dandum erit, & poſt denuntiam, intra annum tamen, etiam ab inuito pretium repeti poſſe, & vbi pretium nec uolens intra bimeſtre ſoluet, nec ab inuito intra annum exigatur: volumus nihilominus quandocunque redditum extingui poſſe, præuia tamen ſemper denuntia, de qua ſupra; non obſtantibus his, de quibus ſupra, idque obſeruari mandamus, etiam quòd pluries, ac pluries denuntiatum fuiſſet; nec vnquam effectus ſecutus fuiſſet. Pacta etiam continentia pretium Cenſus extra caſum prædictum ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam cauſam, repeti poſſe, omnino prohibemus. Contractusque ſub alia forma poſthac celebrandos fœneratitios iudicamus. Et ita illis propterea non obſtantibus, quidquid vel expreſſè, vel tacitè contra hæc noſtra mandata dari, remitti, aut demitti contingat, à fiſco volumus poſſe vendicari. Hanc autem ſalutiferam ſanctionem, nedum in cenſu nouiter creando, verum etiam in creato, quocunque tempore alienando, modo poſt publicationem conſtitutionis creatus ſit, perpetuò, & in omnibus ſeruari volumus; Declarantes pretium ſemel cenſui conſtitutum, nunquam poſſe ob temporum, aut contrahentium qualitatem, ſeu aliud accidens, nec quo ad vltimo contrahentes minui, vel augeri. Et licet legem ipſam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes, in quos ſub alia forma peruenerũt Cenſus hortamur in domino, vt ſingulos contractus cenſuræ bonorũ religioſorum ſubijciant, & animarum ſaluti conſulant. Non obſtantibus quibuſuis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon priuilegijs, & litteris etiam per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam nos ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, necnon irritantibus decretis, ex quauis cauſa, etiam per modum legis vniuerſalis, aut aliàs quomodolibet editis, ſiue in fauorem Vniuerſitatum, Cõmunitatum, Collegiorum, Congregationum, Ciuitatum, & locorum conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, & ſingulis illorum tenore præſentium, pro expreſſis habentes, quatenus, directè, vel indirectè preſenti noſtræ Cõſtitutioni, in toto, vel in parte cõtrarietur, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, ceteriſque cõtrarijs quibuſcunque. Volumus autẽ quòd præſentes litteræ in Cancellaria, & acie Cãpi Floræ publicẽtur & inter Extrauagantes perpetuò valituras cõſcribãtur.

Et quia

Et quia difficile foret, præſentes ad ſingula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quòd earum tranſumptis, etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quę præſentibus adhiberetur; ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ prohibitionis, annullationis, ſtatuti, mandati, iudicij, hortationis, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno incarnationis Dominicæ 1568. Quartodecimo Kalendas Februarij. Pontificatus noſtri, anno quarto.

Ceſ. Glorierus.

H. Cumin.

Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.

ANNO à Natiuitate Domini 1569. Indictione 12. Die verò 29. mẽſis Ianuarij Pontificatus Sãctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Pij diuina prouidentia Papæ V. annõ eius quarto, retro ſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ, & publicatę fuerũt, Romæ in locis retro ſcriptis, uidelicet ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, Cãcellarię Apoſtolicę, & in acie Campi Florę, per nos Camillum Cherubinum, & Chriſtianum de Monte, prælibati Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Curſores.

Ioan. Guerardus Magiſter Curſorum.

QVinta fuit Conſtitutio Gregorij X I I I. Pontificis Maximi, quæ ſpecialiter facta fuit pro Regno Siciliæ vltra Farum, ad inſtantiam Regis Philippi I I. ſub Anno Domini 1574.

12 Secundum Martinum V, & Caliſtum III. ſex conditiones ſeruandæ erant in contractu Cenſuali, quas enumerat auctor Summæ Cõciliorũ poſt Cõcilium Florentinum in vita Caliſti I I I. & habentur in Manuali vulgari Italo Nauar. c. 17. num. 232. Prima conditio eſt, ut ematur annuus cenſus ſuper aliqua re immobili, quæ ſola, & certa remaneat obligata ſine alia ſpeciali hypotheca, vel generali bonorum. Secunda eſt, vt res illa obligata ſiet periculo emptoris, ita, vt ſi pereat aliquo caſu fortuito, liberetur debitor à ſolutione cenſus. Tertia eſt vt illa res, ſuper qua ponitur cenſus ſit fructifera ita, ut cenſus nõ ſuperet valorem fructuum. Quarta, vt apponatur pactum de retrouendendo, quandocunque ita, vt liberum ſit venditori extinguere Cenſum, ſiue in totum, ſiue in partem pro rata. Quinta conditio eſt, vt nullo pacto poſſit cogi venditor ad redimendum, ſed libera ſit ei facultas affrancandi. Sexta, & vltima ut Cenſus ematur pretio iuſto, ut poſſit aſcendere uſque ad quattuordecim pro centenario, &

nario ; & pretium ſoluatur in pecunia numerata tempore contractus.

Secundum conſtitutionem Pij V. tredecim conditiones requiruntur. Prima eſt, ut annuus redditus conſtituatur ſuper re immobili, aut quæ pro immobili habeatur. Secunda eſt, ut res cenſui ſuppoſita ſit de natura ſua fructifera, & nō ex induſtria humana. Tertia eſt, vt res, ſuper qua, vel ſuper quibus cēſus imponitur, ſint in contractu nominatæ, & certis finibus deſignatæ. Quarta eſt, vt emptio ſit facta in pecunia numerata, verè præſentibus teſtibus, & notario, in actu Celebrationis inſtrumenti, non autem & prius. Quinta, vt ſolutio cenſus non fiat in principio anni, nec in pactum deducatur. Sextā, vt conuentio obligans ad caſus fortuitos, directè, vel indirectè eum, qui ex natura contractus non tenetur, non valeat. Septima, nec pactum auferens poteſtatem, aut illam reſtringens alienandi rem cenſui ſuppoſitam, valere poſſit: uerum quando cenſuarius eam vendere voluerit, dominus cenſus ſit ſemper præferendus; ac ſibi debeant denunciari omnes conditiones, quibus res ipſa vendenda erit; ac etiam per menſem expectari debeat. Octaua nec pacta continentia, cenſuarium moroſum ad ſoluendum, teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, aut ad cambia, ad quaſdam expenſas, aut ad certa ſalaria, per creditorem, medio iuramento, liquidanda; aut rem cenſui ſubiectam, aut partem eius amittere, aut ſaltem aliquod Ius, ex eodem contractu, vel aliunde acquiſitum amittere, aut in aliquam pœnam incidere, omnino valent. Nona, nec etiam de tertijs decurſis preteritis, aut in futurum decurrendis cenſum augere, aut nouum inſtituere ſuper eadem re, vel alia, domino cenſus liceat, ſeu alij perſonæ per eum ſuppoſitæ. Decima, nec quoque pacta continentia ſolutiones onerum fieri debere per alium, quàm per eum, ad quem de iure, & ex natura contractus ſpectant, aliquid ualeant. Vndecima conditio eſt, quòd declarat, omnes cenſus in futurum creandos, extingui in totum, vel in partē, pro rata re ipſa perempta in toto, vel in parte. Duodecima eſt, quòd declarat etiam poſſe pro eodem pretio redimi in totum, uel in partem, non obſtante longiſſima, & immemorabili temporum preſcriptione, non obſtantibus etiam clauſulis conceptis, talem facultatem auferentibus. Verum volens cenſum pretio extinguere, per bimeſtre teneantur ante denuntiare, cui facienda eſt tradito pretij. Tertiodecimo mandat redditum cenſus extingui poſſe quandocunque, præuia tamen denuntia, & poſt factam, poſſe ab inuito pretium exigi infra annum tamen; Sed pacta continentia pretiū cenſus ab inuito repeti poſſe, ob pœnam vel aliam cauſam, preter prædictam prohibet. 13

Omnes ergo contractus poſt hanc denuntiationem celebrandos ſub alia forma, fænerationis iudicari dicit. Cenſus quoque creandos, ac creatos à tempore publicationis huius Cōſtitutionis, quod fuit anno Domini 1579. die vigeſima nona Ianuarij, hoc modo ſeruari vult in perpetuum.

Secundum conſtitutionem Nicolai V. quattuor conditiones requiruntur in contractu cenſuali. Prima eſt, ut pretium cenſus annui non excedat decimam partem ſortis principalis, ita, ut nil ultra percipiatur ab emptore, vel exhibeatur à venditore, quam decem pro cētenario. Secunda eſt, vt apponatur pactū de retrouendendo ſimpliciter, nullo præfixo tempore. Tertia eſt vt in redimendo annuo cenſu ſoluatur quantum fuit acceptum, penſionibus pro tempore maturitatis uſque ad diē affrancationis, non computatis in ſortem. Quarta eſt, vt liberè poſſint obligari omnia bona debitoris, & præſentia, & futura, mobilia & ſtabilia, ac etiam propria perſona. 14

Secundū conſtitutionem Gregorij XIII. quam edidit ꝓ Regno Siciliæ ultra Farum. Anno Domini 1574. quattuor requiruntur. Primo, vt ſeruetur Bulla Nicolai V. ut ſupra, non obſtante Bulla Pij V. quoniam Cōſtitutio Nicolai eſt 15

centena-

Digitized by Google

centenaria perſcriptione ſeruata. Secundo, ut in emptione annui cenſus fiat expreſſa mentio alicuius rei certæ, uel plurium certarum, ſuper quibus expreſsè conſtituatur cenſus annuus: deinde obligentur omnia alia bona. Tertio, ut facultas redimendi maneat uenditori perpetuò, & nullo pacto reſtringatur. Quarto, ut omnes abuſus, qui Bullæ Nicolai V. aduerſantur, penitus tollantur; quos abuſus, ut euitari poſſint, infra tangemus per ordinem.

Quæ Bulla dicti Nicolai V. hodie ſeruanda eſt in hoc Regno Neap. aliàs contractus eſſet illicitus, ut in dicta Bulla patet; non obſtante Bulla Pij V. quę eſt uniuerſalis; quia in hoc regno citra, & ultra Farum non fuit uſu recepta; & ideo non obligat incolas, & habitatores in dicto Regno: lex enim, quæ uſu recepta non eſt, legiſlatore ſciente, & tolerante, ſeu diſſimulante, non ligat, nec obligat in foro conſcientiæ. Textus eſt in cap. Quia, de affinitate, & conſanguinitate. Et Abbas in cap. primo, de tregua, & pace. Sylueſt. Verbo, Lex, §. 6. Ita fuit in caſu.

Quæ conditiones, ut melius intelligantur, ſunt per ordinem examinandæ.

Quantum ad primam conditionem, ſcilicet, ut cenſus nō excedat decimam partem capitalis eſt aduertendum, quòd cenſus nouè imponendos non liceat emere minori pretio, quā à lege ſtatuto per dict. Extrauagantes ſupra recitatas; puta emere in hoc Regno decem aureos annui cenſus ſuper fundo imponendos pro nonaginta aureis eſſet illicitum, eſſet enim exigere plus quam decem pro centenario, quod eſt prohibitum per Extrauagantem Nicolai V. ut dictum eſt; extra tamen Regnum ſeruanda eſt Conſtitutio Caliſti III. uel conſuetudo legitima, iuxta uarietatem locorum, cum conditionibus appoſitis in Extrauaganti Pij V. ſupra recitatis. Sed cenſus iam impoſitus, aliàs pro pretio iuſto, poſſet uendi minoris: puta Marcellus habet ius exigendi decem annuos aureos ſuper domo Petri, emptos pro ducatis centum, indiget pecunia pro ſuo commodo, uendet illud Ius Seruio rogato, ut emat pro nonaginta aureis; in hoc caſu licitum eſt, quia (ut dici ſolet) ultroneę merces uileſcunt: & lex ſtatuens, ut cenſus uendatur ad rationem decem pro centenario, intelligitur de cenſibus nouè imponendis: quę lex ceſſat in iam impoſitis. argum. cap. cum ceſſante, de appellationibus. Nau. c. 23. num. 91.

16 His ſtantibus, duobus modis in hoc cōtractu iniuſtitia committi poteſt. Primo directè, & eſt, quando contrahentes conueniunt, ut ſoluantur undecim, aut duodecim pro centenario, contra formam Bullæ. Secūdo indirectè, & hoc multis modis; primo quādo anticipatur ſolutio cenſus, puta fit pactum, ut cenſus ſoluatur in principio anni, uel quādo ponitur pactum, ut cenſuarius teneatur ſoluere cenſum tertiatim, aut menſatim, uel quando cōſtituitur cenſus, puta decem aureorum pro centum aureis, & emptor ſoluit nonaginta, & decem ſibi retinet pro cenſu primi anni: in his, & ſimilibus caſibus cenſuarius grauatur; quia per uiam indirectam ſoluit plus, quam decem pro centenario: huius rationem aſſignat D. Tho. quia illa pecuniæ anticipatio eſt pretio æſtimabilis: plus enim dat, qui ante tempus dat. Inſtit. de fideiuſſore, §. non ſolutum; & per leges regulariter omne debitum tam naturale, quam ciuile non debet ſolui, nec poteſt aſtringi ad ſoluendum, niſi in fine temporis. Dixi (regulariter) quia in aliquibus caſibus, erit licitum exigere à debitore menſatim penſionem, ſeu cenſum, & eſt quādo cenſus poneretur ſuper aliquibus gabellis Vniuerſitatis, quæ menſatim uenduntur, uel exiguntur per totum annum currentem: Vel ēt exigi poſſet tertiatim, quando cenſus conſtitueretur ſuper fructibus alicuius rei fructiferæ, quæ fructificaret ter in anno, ut ſunt maſſariæ, quæ menſe Iulij fructificant in tritico, menſe Octobris in uino, & menſe Martij in lignis, & ſic de ſimilibus: tunc & eo caſu poſſet fieri pactum, ut fructus ſoluantur, pro-

ut

Digitized by Google

ut colliguntur. Quando autem emitur cenſus pecuniarius, non pôt poni pactū vt ſoluatur tertiatim, niſi quando diminueretur tãtum de cenſu annuo, quantum valet illa anticipatio, ita vt iudicaretur vera compenſatio: exemplum; in hoc Regno poteſt emi cenſus, vſque ad decem pro centenario; ſed ſi ematur ad rationem octo pro centenario, tunc illa duo minus, facerent vt pactum de ſoluendo tertiatim, valeret; quia ſic iuſtificatur contractus, aliter minimè. Iniuſtum, & illicitum etiam eſſet, ſi poneretur pactum, vt cenſuarius teneatur ſoluere ſalarium procuratori, ſeu exactori; aut Notario pro inſtrumento cenſuali conficiendo, vel reaſſumendo: vel vt teneatur ſoluere gabellas, ſeu collectas, aut appretium, & huiuſmodi, quæ propriè poni ſolent ſuper cenſibus pecuniarijs; quia huiuſmodi regulariter tenentur ſoluere emptores cenſus. l. Debet, in fine, ff de ædilit. edict. Vnde cenſuarius indirectè grauaretur ad plus, quam decem pro centenario. Follerius in dicta Pragmatica de cenſibus. in verbo. nil vltra ad emptore percipiatur. nu. 2.

Quantum ad ſecundam conditionem, eſt, ut pactum de retrouendendo ſit liberum & perpetuum, & nullo pacto reſtringatur; aliàs pactum non ualet. Sed hic nota, quòd dupliciter hoc pactum reſtringi poteſt, ſcilicet directè, & indirectè. Directè quidem, quando poneretur pactum retrouẽdendi, tamen libertas maneret ex parte emptoris ſolum, ſ. vt emptor pecuniam ſuam repetere poſſet quando vellet; tunc enim ſimpliciter iniquū eſſet, lateret enim in eo vſura, ac ſi mutuaſſet. Sed ſi cum emptore paciſceretur, ut ſi vſque ad certū tempus diſpliciuiſſet cenſum emiſſe, & ſuam pecuniā voluiſſet, poſſit reſcindi cõtractus, cū reſtitutione omnium fructuum, & cenſuū perceptorum vſque ad tale tempus, & in ſortem computare, conueniens eſſet, & licitū, nec aliter vetitū. Itē, quando poneretur pactū, vt cenſus nõ poſſit extingui ante quinque, aut ſex annos, aut q vendens teneatur ſtatim poſt quinque, aut ſex annos cenſum redimere. 17

Nota, ponere pactum, vt ſi non redemeris cenſum ante ſex annos, remaneat irredimibilis, ſimpliciter loquendo, nõ eſt illicitum, dummodo non ſit læſio in pretio, ſicut enim poteſt emi cenſus ſimpliciter irredimibilis, ita cum hoc pacto: & ſicut cenſus ſimpliciter irredimibilis valet plus, quam cenſus cum pacto redimendi, ita cenſus cum hoc pacto ad tempus determinatum, valet plus, quã cum pacto affrancandi quandocunque, ait Sotus, quo ſupra. Sed propter ſupradictas Extrauagantes non licebit. *Nota.*

Indirectè autem multis modis fieri pôt. Primo, quando ſit pactum, vt venditor in extinguendo cenſum, teneatur emptori ſoluere ſortem, ſeu capitale, in pecunia aurea, tunc enim grauatur in inueniendo aurum, & interim ſoluit cenſum. Secundo, quando ponitur pactum, ut in extinguendo cenſum venditor teneatur omnes alios cenſus antiquos extinguere, quos eidem ex alijs contractibus antiquis debebat. Tertio, quando ponitur pactum, ut ſi cenſuarius non ſoluerit cenſum per biennium, aut triennium, teneatur ſoluere cenſum & capitale: quia eſt contra formam Bullæ quæ dicit, ut ſit liber omni modo. Et ſi diceretur, quòd hoc pactum ponitur ad timorē, ut cenſuarius cogitet de ſoluendo, non ualet, tum quia poſſet mutari, & uti illo pacto, tum etiam quia etſi ipſe habeat bonam uoluntatem, hęredes tamen forſan non habebunt, uel ſaltem habebūt cauſam ignorantiæ; tum denique, quia eſt contra formam contractus cenſualis, ut dictum eſt. Quarto quando ſit pactum, ut cenſuarius, dum uult extinguere cenſum, teneatur pecuniam deponere apud nūmularium, ſeu campſorem, iniuſtum eſt; grauaretur enim debitor, eo quòd interim eſſet ſine re, & pecunia: & hoc quantum ad præſumptionem, ſed in conſcientia attenditur intentio. Quinto, pactum, vt uenditor, quando vult remidere, teneatur totum pretium integre ſoluere, licitum erit, quamuis in Bulla Pij V. aliter dicatur: ibi

enim

Digitized by Google

enim proceditur ex maiori æquitate,& non quia tale pactum macularet contractum labe uſuræ: unde quia talis Bulla in hoc Regno non eſt in uſu , & per Bullam Nicolai V. non prohibetur, ideo in Regno licitum erit. Sexto ; pactum ut uenditor, uolens redimere cenſum , teneatur ante duos menſes creditori denunciare , iuſtum eſt , quia creditor grauaretur , ſi ſtatim daretur ſibi pecunia : quod pactũ ſeruatur in Bulla Pij V. Vnde lex dat decẽ dies pro termino , ut teneatur denunciare, quando vult redimere. l promiſſor. §. 1. ff. de conſtit. pecu. Qui autem contraxerunt cum pactis ipſis, & ſimilibus illicitis, donec fuerunt in bona fide, non peccauerunt, ſed poſtquam ſciuerint, tenetur illa pacta reſcindere, & non contractum: pacta enim illa vitiantur, & non uitiant contractum. l. Pecuniæ , & l. Placuit. ff. de Vſuris .

Quantum ad tertiam conditionem, ſcilicet vt cum cenſus redimi, & affrancari velit , nil plus ſolui debeat quam quod prima emptione pro pretio datum fuit; aduerſari poteſt, datum pactum ſit in conſtitutione cenſus, vt quando cenſuarius redimere vult, teneatur, vltra cenſum decurſum ſoluere plus , eo , quo emptus fuit cenſus, quod erit directè contra iuſtitiam, quamuis ſub quouis colore id figuretur. Ad hoc facit cap. illo vos, de Pignoribus. Nec ſuaderi poteſt eſſe caſum aliquem , in quo tale pactum licitum eſſet, vt accidit in contractibus de retrouendendo, ibi namque conceditur , vel reſpectu alicuius melioramenti vel fructuum pendentium, vt dictum fuit, ibi; ſed hic talis ratio non militat: iã enim fructus, & cenſus maturati ſoluuntur, ideo ſimpliciter illicitũ eſt.

18 Quantum ad quartam conditionem eſt aduertendum, quòd annuus cenſus regulariter, & iure communi non ſolum poteſt poni ſuper certis bonis, puta ſuper prædio, Domo, Vinca, vel ſimili, ſed etiam incertis, ac omnibus bonis uenditoris, vel ſuper Vniuerſitate, & gabellis. vt ait Innoc. & Abbas in cap. In ciuitate, de Vſuris. Corrad. in tit. de Contractibus. quæſt. 83. concluſ. 2. Sotus quo ſupra, ac etiam Nicolaus quintus in prædicta Bulla. Iuſtius, & tutius tamen eſſet ſi conſtitueretur ſuper re certa, deinde obligarentur cætera bona, ut dictum eſt.

Hinc oriuntur quædam corollaria, ex quibus patebunt pacta illicita, & licita. Primo ſi quis non poſſidens, fingeret habere bona, & venderet cenſum annuum ſuper bonis, quę non habet , peccat mortaliter , & contractus ipſo iure eſt nullus, quia deberet ſubeſſe aliqua materia , ſuper qua conſtituendus eſſet cenſus, & cõtractus debet eſſe fundatus ſuper aliqua re certa, & fructifera, aliàs corruit. Secundo ſi quis venderet ſuper bonis ſuis, quæ falſo dixit eſſe burgenſatica, ideſt in uero, & libero dominio, & non ſunt, ſeu feudalia, quæ non poſſunt alienari, ſine aſſenſu Regio, contractus eſt nullus, & ſi emens ſciuerit, illa bona eſſe feudalia, non facit fructus ſuos : ſed ſi emit bona fide, putans nõ eſſe feudalia faciet fructus ſuos donec durabit bona fides: & ſi ſciens eſſe feudalia, emit tamen ſub tali conditione, quia uendens promiſit impetrare aſſenſum Regiũ, poteſt recipere fructus tuta conſcientiæ. Medina in tit. de cenſibus. c. 2.

Tertio, quando emitur cenſus ſuper rebus iniuſtis, ſeu gabellis illicitis, contractus eſt inualidus , & emptor ſi tale ſcit , non facit fructus ſuos, ſecus ſi bona fide emit, vt dictum eſt.

Nota primo pactum quod poneretur ſcilicet, vt venditor qui ſoluit cẽſum, teneatur in omni periculo, & caſu, etiam tpe belli, & peſtis ſoluere cenſum, valet in hoc Regno quia eſt ſecundũ formam Nicolai V. vbi habetur , & poſſint poni omnia pacta, quibus contrahentes ſe reddant indemnes, & quæ poni ſolent in omnibus contractibus, præter ea , quæ ſunt contra formam Bullæ , & ſubſtantiam contractus. l. Pacta conuenta, ff. de contrahen. empt. & Abbas in c. 1. de Commodato .

Nota ſecundo. Apponere pactum in cõtractu, vt cẽſuatius, rem cenſui ſubmiſſam ,

Digitized by Google

miſſam,alienare non poſſit, ſic abſolutè iniuſtum eſt,& inualidum,per ſupradictas Extrauagantes,ſed quòd id facere non valeat ſine notitia , & conſenſu domini cenſus ; ad hoc ſolum, vt ſi ipſe rem emere uelit , reſoluatur, iuſtum erit, nec quicquam pro aſſenſu dando, in caſu,quo ipſe rem non intendit emere exigere poteſt , puta laudemium,quinquageſimam vt vocant , vel aliud ſimile,quod prohibitũ eſt per Bullã Pij V.alijsq; rationibus,etſi in cenſibus emphytheuticis hoc permittatur,oritur ex eo , quia dominus talis cenſus retinet ſibi directũ dominium ſuper re cenſuata; ideo tali priuilegio frui poteſt.Dominus autem ſimplicis cenſus,cum dominium nullum habeat ſuper re cenſuata, niſi actionem exigendi,quæ actio ſemper tranſit cum re alienata,qua igitur ratione aliquid plus exigere velit, dum res alienatur? Et quamuis,dum conſtituitur aliquis cenſus,ſuper vna,vel pluribus rebus certis,poſſint hypothecari omnia alia bona venditoris pro meliori cautela emptoris,tamen obligare illũ,vt non poſſit ea uendere,pignorare,aut quouis modo de illis diſponere,eſſet imponere onus intolerabile,quo ſuffocantur debitores quandoque neceſſitate ducti.Ideo ſecundum omnium ſententiam apponere in contractu, quod debitor contra faciens,incidat in pœnam legis commiſſoriæ , vel priuetur medietate , vel tertia parte bonorum,vel denique ſoluat aliquod notabile,nullius vigoris eſt,eo quòd iniquum eſt.

Nota tertio,apponere pactum,quòd ſi non ſoluerit per duos,vel tres annos, incidat in aliquam pęnam,nõ excedit rationem,abſolutè loquendo, poteſt.n. in contractibus apponi pactum aliquod pęnale,dũmodo non ſit contra formã Bullæ,& naturæ contractus,l. Tauri,tamen,vt iuſtum appareat,pœnã moderatam eſſe oportet,iuxta quantitatem culpæ.Itaque apponere pactum,vt ſi non ſoluerit per duas,vel tres tertias,poſſit repetere & capitale,eſt contra formam Bullæ ſuper cẽſibus emanatę,vel ut amittat locum cenſui obligatũ, aut ſimile notabile,vt dixi,iniuſtiſſimum eſt. Imò vbi prædicta Bulla Pij V.eſt in viridi obſeruantia,nullum pactum etiam paruæ quantitatis,in tali caſu ualebit. Aliæ cõditiones in prędictis Bullis appoſitæ,cũ ſint claræ , aliqua declaratione minimè indigent.Nota denique,quòd pretiũ cenſus ſemel conſtitutum amplius augeri,uel minui non poteſt,contemplatione temporis uarietatis.Dixi(contẽplatione temporis.)nam alia ratione pretium augeri poſſet,ſcilicet copia pecuniarum,puta,qui ſolueret decem pro centenario, inueniens qui daret ei ad rationem octo pro centenario,poſſet cum ſuo creditore,ſi velit,cõtentari,vt exigat, prout ab alijs offertur,de nouo cenſum conſtituere,& pretium augere.

Pro cõplemento iſtius capituli,quæritur, an vſurarius vltra vſuras extortas teneatur ſoluere intereſſe,quod paſſus eſt debitor,& lucrum quod vſuraria pecunia peperit? Reſpondent aliqui Canoniſtæ indiſtinctè,quòd non,pro hoc allegant textum in Cap.Quamquã,de vſuris,in 6.quod clarè loquitur de uſuris, & non de intereſſe: rationem aſſignat Gugli. dicens,ſi accipiens ad uſuram patitur aliquod intereſſe,ſibi imputetur;quia uoluntariè patitur,ca.Debitores,de Iureiurando. Præterea quò ad lucrum,nummus ex re furtiua receptus,non eſt furtiuus. l.qui vas, §.finali,ff. de furtis. ergo lucrum ex pecunia vſuraria non erit vſurarium,pari enim ratione currunt.Archidiac. aliam rationem aſſignat pro vtroque membro,dicens,qui nimis emungit, elicit ſanguinem.Prouerbiorum 30.ſufficit ergo vt reſtituat vſuras , uerum tamen tutius eſſet , ait ipſe , ſi cum patiente illas de intereſſe,& lucro concordaret.

Alij tenent oppoſitam ſententiam, ſcilicet,vſurarium nedum teneri ad reſtitutionem vſurarum , uerum etiam ad intereſſe, & lucrum inde cauſatum , nam quæ ex corrupta radice procedunt,corrupta ſunt.14.quæſt.5. & eſt Sententia Pauli ad Romanos 11. Si radix ſancta, & rami,ergo,eadem rationem,ſi

Digitized by Google

radix infecta, & rami, ſed radix fuit vſuraria, ergo quidquid ex ea acquiritur, eſt vſurarium. Item uſura dicitur rapina, 17. quæſtione quarta, c. Si quis. & raptor tenetur ad iſta, de Reſtitut. ſpoliat. cap. Grauis, ergo & vſurarius. Item l. ſi rem. in fine, ff. de petit. hæredit. dicitur, quòd poſſeſſor rei alienæ tenetur reſtituere rem, & pretium inde lucratum: puta habuit fundum pro decem, & poſtea vendidit eum quindecim, tenetur reſtituere etiam illa quinque. Suadent hoc etiam ratione; nam aliàs eſſet dare occaſionem fœnerandi, vſurarius enim exerceret vſuras donec ſaltem ex lucro illarum ditaretur, deinde reſtitueret eas ſimpliciter, & ſic per vſuras prouidebit animæ, & corpori D. Tho. ſecunda ſecundę, quęſt. 78. art. 3. & ibi Caietanus, Sotus lib. 6. de Iuſti. & iuq... art. 4. cum alijs Theologis, quos principaliter de vſura decernere oportet, reſpondent, cum diſtinctione, ſcilicet, ſi res, quæ per uſuras extorquetur, eſt de illis, quæ ſunt vſu cõſumptibiles, & diſtrahibiles, vt ſunt granum, vinum, oleũ, pecunia, & ſimilia, quæ vſu cõſumuntur, quamuis ipſe ea nõ conſumpſerit, aut vendiderit, tunc fœnerator nõ tenetur reſtituere, niſi quantum accepit, ſcilicet aut rem eiuſdem ſpeciei, puta pecuniam pro pecunia, granum pro grano, vinũ pro uino, & ſimilia, aut eorum pretiũ, una cum intereſſe; ſi quod paſſus eſt debitor, tam damni emergentis, quam lucri ceſſantis (de quibus ſuprà) ſeu omne damnum, & nocumentum per vſurarum ſolutionem, non tamen lucrum, quòd ex eis feciſſet, nam cum huiuſmodi non fructificent ex ſeipſis niſi inquantũ induſtria, & labore hominis negotiantur, ideo fit, ut augmentum illud per lucrũ factum, laboranti, & negotianti cedat, atque idem iudicium faciendum eſt de lucro rei depoſitæ apud depoſitarium eis vti valentem, donec quæratur.

Sed hic quæritur, ſi reſtituẽdum eſſet pretium olei, vini, & huiuſmodi, quomodo erit reſtituendum, an prout ualebant tempore, quo ſolutę ſunt vſurę, an vt valent tempore, quo reſtituuntur?

Ad hæc dicitur, ſi patiens vſuras, erat illas ſeruaturus, & nullũ intereſſe paſſus eſt, ſoluat pretium currẽs tempore reſtitutionis, quia dominus interim iam eis nõ uſus eſſet: ſi autem paſſus eſſet aliquod intereſſe, reſtituat pretium, quod currebat tempore, quo illas recepit, una cum intereſſe: ideo namque intereſſe paſſus eſt, quia non potuit uti re ſua, quando eam tradidit, itaque ſi tunc eã habuiſſet vendidiſſet. Si verò rẽs, quę ſoluitur per uſuras eſt de illis, quę ex ſua natura fructificant, vt ſunt poſſeſſio, domus, & ſimilia, tenetur reſtituere eam, cũ fructibus perceptis, deductis tamen expenſis in ea factis. Et ſi eam vendidiſſet maiori pretio, ut fuit ſibi conſignata, tenetur reſtituere totum pretium perceptum, niſi illud augmentum ſua induſtria, propter melioramentum in ea factum accepiſſet, aliàs non eſſet ſuum, quia de re non ſua, nec in melius mutata recepiſſet. Dico (non ſua) quia res per vſuras accepta non tranſit in dominium vſurarij, ideo reſtituere tenetur, & fructus, & augmentum ſimul cum re, ut ait Alexan. de Ales. parte 3. q. 66. Membro 4. Richar. in 4. diſt. 15. q. 4. art. 5. Caiet. Quodlibeto 1. & colligitur ex D. Th. quo ſupra, ut aiũt Adrianus, & Sotus lib. 6. de Iuſti. & iure, q. 1. art. 4. huius ratio inter alias talis eſt: nam ſi dominium trãsferretur, id aut eſſet vigore iuris, aut uoluntatis dantis, non iuris, lex enim prohibet huiuſmodi contractus, non uoluntatis dantis: dans enim non dat ratione amicitię, quia ſic vanum eſſet dubitare, ſed ratione mutui, in qua traditione uoluntas non eſt merè libera, omnis enim ſoluens uſuras, ideo ſoluit, quia ſcit aliter non poſſe mutuum inuenire, quæ uoluntas eſt conditionata, ad inſtar mercatoris proijcientis merces ſuas in mare tempore naufragii, cognoſcentis, non poſſe aliter euadere, quare ſi poſtmodũ per vndarũ impetũ in ſiccam partem reijciantur, ſui etiam tunc ſunt iuris; non enim ideo illarum dominium à ſe abdicauit, eo quod quodammodo liberè eas proiecit in mare, ut

Res per uſuras accepta, non tranſit in dominiũ vſurarij.

ait An-

Digitized by Google

ait Ariſtot. Ethicorum.3.illud namque fecit mortis timore, & periculo imminente, quæ libertas non ſufficit ad transferendum dominium, ita de ſoluente vſuras dicendum eſt. Multę aliæ rationes aſſignantur à Soto,& Caietano locis citatis, quę omittuntur breuitatis cauſa. Si denique quod extortũ eſt per vſuras,eſſet fructiferum iam, ſed non ſine aliquo labore,& induſtria, ut equus ad vecturam, & ſimile, tunc ſi ſoluens, equo pro vſuris vtebatur ad vecturam, tenetur vſurarius, vna cum equo lucrum reſtituere, quod dominus facere potuiſſet,deductis tamen expenſis,& labore, ſine enim labore hæc induſtria fieri non poteſt;ſi autem non vtebatur eo,pro huiuſmodi lucro non eſt,vt teneatur ad aliud, quàm ad reſtituendum equum tantum.

Dominus Laurentius de Ridolf. Florent. in tractatu de uſuris,cuius doctrinã ſequitur Geminianus ſuper 6. Decretalium, par.2.de uſuris,laudat hãc diſtinctionem D.Thom.tamen adiungit aliam,ſcilicet, ſi res,per vſuram extorta, eſt de illis,quæ apta ſunt fructificare induſtria ſolum, ut nummi,& merces, tunc de lucro inde extracto,tres partes fieri debent,vna pro vſurario,reſpectu laborum,expenſarum,induſtriæ,& operarũ,ad iudicium boni viri,dignus eſt enim mercenarius mercede ſua altera pro ſoluente vſuras habito tamen reſpectu ad damnum paſſum in bonis ſuis,propter rei ſuæ detentionem,& quod ſupereſt, detur pauperibus tanquam incertum, non enim debet dari vſurario, ne detur occaſio fœnerandi,vt dictum eſt,nec debitori, nã ei ſatisfactum cũ ſit, quo ad damnum paſſum,ſi plus acciperet,eſſe vſuras accipere,ex vſura ſibi facta, cõtra,quod habetur 14.q.3.Plerique,& eſt ratio Hoſtienſis in Summa, de Pœnitentia §.Quibus. Verum hæc adiunctio huius docti uiri nihil eſt,ad doctrinã D.Thom.nam quantum ad partem vſuras patienti, debitam pro ſuo intereſſe, & damno paſſo, ſibi debetur, ſiue vſurarius lucretur,ſiue non,de vſuraria pecunia, vt dictum eſt, aliàs non reduceretur iuſtitia ad æqualitatem, quantum ad pauperes, hoc potius eſt de conſilio,quàm de neceſſitate; non enim vocatur debitum incertum,quod nunquam dominum habuit,in cuius ſortem pauperes ſuccedere deberent.ſequitur ergo,vt totum lucrum ſit vſurarij, nam etſi lucraretur plus quam merentur ſui labores,& induſtria,tamen totum illud cedit ſibi propter periculum, ad quod pecuniam vſurariam expoſuerat, quam ſi amiſiſſet,adhuc teneretur ad omnium reſtitutionem;remanet ergo opinio Diui Thomę firma.

Ad alias opiniones extremas reſpondetur. Ad primam dicitur, quod textus in cap.Quamquam,licet de intereſſe non loquatur,non tamen ſequitur,illud excludere.Nec valet argumentum à contrario ſenſu,quando doctrina,& ratio contrarium ſuadet. Ad rationem Guliel.dicitur: ſi hęc ratio valeret, procederet contra accipientem ad vſuras ſine neceſſitate,qui autem indiget,non inueniens qui ſibi gratis mutuet,excuſatur.Ad Archidia.dicitur,quòd ratio eius valet contra dicentes,lucrum etiam ex induſtria acquiſitum debere reſtitui,nam de intereſſe titubat,dicit enim,tutius eſſe cum patiente vſuras,concordari. Ad l. Qui uas, dicitur, illam intelligi debere de re furtiua, quæ vſu conſumitur,& diſtrahitur,& non de re,quę naturaliter fructificat.Ad primam oppoſitæ opinionis,& ad auctoritatem Pauli,reſpondet D.Thom.quo ſuprà,quòd radix habet rationem cauſæ actiuæ,inquantum adminiſtrat nutrimentum ramis, ideo rami ſunt boni, uel mali, vt radix, ſed pecunia vſuraria habet rationem materiæ, ideo lucrum ex ea non fert ſecum eius malitiam,& ex conſequenti, non eſt reſtitutioni obnoxium,vt ipſa pecunia.

Ad ſecundam dicitur,quòd raptor tenetur ad nocumentum factum ex rapina,& ad fructus rei raptæ,ſi fructifera eſt.

Ad tertiam patet reſponſio ex dictis. Ad ultimam dicitur,quod in caſu attenden-

tendenda eſt æqualitas iuſtitiæ, ut vnuſquiſque habeat, quod ſibi debetur, & non ad occaſiones peccandi, neque ex hoc prouidetur animæ, multis enim bonis ſpiritualibus defraudatur homo dum manet in peccato.

Dubium ſecũdum.

20 Dubitatur ſecundo, vtrum omnia bona vſurarij ſint reſtitutioni obnoxia; Panorm. & Io. Andreas ſuper cap. cum tu, extra de Vſuris, dicunt, quæ per vſuras extorta ſunt, reſtitutioni obnoxia ſunt, reliqua legitimè acquiſita minimè, nullum enim ius hoc præcipit. Alij ſuper eodem cap. tenent oppoſitum. Pro hac difficultate dilucidanda, duo ſunt prælibanda. Vnum eſt quod bona uſurarij triplicia eſſe poſſunt, vel per vſuras acquiſita, vel ex vſuraria pecunia empta, aut lucrata, vel ex legitima ſucceſſione, ſeu alia licita via peruenta. Alterũ eſt, quòd obligatio quædam eſt realis, per quam principaliter obligantur res, & earum ratione ligatur perſona, alia eſt perſonalis, quæ poſtea ex perſona deſcendit ad res. His prælibatis dicitur ad dubium. Res per vſuras extortæ, ſi ſunt de illis, quæ vſu non conſumuntur ſunt reſtitutioni obnoxiæ obligatione reali eadem numero vbicunque inueniantur, ſiue in manu vſurarij, aut hæredum, ſiue ſint uenditæ, ſiue donatæ, quia cum earum dominium nunquam fuerit translatum, obligatio hæc ſemper cum re ipſa commigrat, quocirca quicũque illas poſſidet, tenetur reſtituere uero domino, ſicut dictũ eſt ſupra de re furtiua alienata. Si ſunt vſu conſumptibiles, & extant in manu vſurarij, cum reſtitutio facienda ſit, ſiue per pœnitentiam in vita, ſiue per mortem, ſunt reſtituendæ proprijs dominis, qui reali obligatione ipſis debentur, etiam ſi alios creditores habeāt anteriores. Si non extant, ſed aliquid de eis emptum eſt, illud emptum, quamuis ſit de pecunia, & re vſuraria, non tamen debetur illi, qui ſoluit vſuras, obligatione reali, ſed perſonali, uſurarius enim exigens uſuras contrahit in ſe obligationem reſtituendi, & ipſius ratione, omnia bona ſua, non ſolum ex vſuris accepta, ſed etiam patrimonialia, ac quauis licita via acquiſita, ſunt obligata. Et iſta obligatio perſonalis differt à reali, illa namque trāſit ad quaſcunque perſonas cum re, vt dictum eſt, iſta verò perſonalis non tranſit cum rebus vſurarij niſi ad eos, qui perſonæ ſuccedunt, ut ſunt hæredes. Itaque ſi vſurarius, dum fuerit uita defunctus, omne per vſuras extortum perdiderit, hæres tenetur pro eo, non ratione obligationis realis, quia res non extant, ſed perſonalis, quia ſuccedunt loco defuncti.

Corollaria.

Ex his colligere poſſumus, quinam contractus ſint validi, qui verò minimè, vt aduertāt, in quo periculo ſint, qui cũ vſurarijs negotiātur, ſcilicet Qui emit ab vſurario aliquod extortum per uſuras, quod non eſt vſu conſumptibile, vt ſunt domus, poſſeſsio, ſeu aliquod aliud, ſtabile, equum, bouem, & ſimilia, q̃cũque hoc ſciuerit, tenetur illud proprio domino reſtituere, etiam ſi vſurarius habeat alia bona ſufficientia; quia talia prędicta bona, cum nunquam in ius ſuum uenerit, ea legitimè alienare non potuit: poſſet tamen emptor ad bona vſurarii patrimonalia recurrere, ſi talia poſsidet, ſin autem patientiam habeat, ac ſi à fure rem furtiuam emiſſet. Qui emit res per vſuras acquiſitas vſu cōſumptibiles ab vſurario habente alia bona legitimè acquiſita, non errauit, eſt enim contractus ualidus, cum enim uſurarius non teneatur huiuſmodi bona reſtituere eadem numero, poteſt per alia ſua æquiualentia ſatisfacere. Si autem omne, quod poſsidet reſtitutioni obnoxium eſt, ſiue ſit per vſuram acquiſitum, ſiue per aliam viam, etiam legitimam, dum non exuperant ſummam debitorum, & vſurarum, omnes eius contractus ſunt inualidi. Et quod dico de uenditione ab uſurario facta, intelligitur quoque de donatione, dotatione, vel quacunque alienatione, omnia enim iſta ſunt, & fiunt in fraudem creditorum, præterquā permutatione, per illam enim non efficitur impotens ad reſtituendum quibus debet. Et hæc omnia intelligenda ſunt, dum hæ-

res,

Digitized by Google

res, vel emptor ſciuerit in conſcientia, talem vſuras commiſiſſe, & illa ab eo accepta eſſet reſtitutioni obnoxia: nec condemnationem expectare debet, in foro enim conſcientiæ ſtatim ubi homo cognoſcit, & ſcit aliquid, quod ad alium pertinet, ſe poſſidere, & illud tenet contra iuſtitiam, ſe ipſum condemnat.
Si quæris quid agendum, dum vſurarius tenetur pluribus, & per vſuras, & per legitimos contractus, & non habet tantum in bonis, ut poſſit omnibus ſatisfacere, uide ſupra, in cap. 5. de reſtitutione in particulari, ibi (quantum ad quintum modum reſtituendi.) Et hęc breuiter ſufficiant circa hanc materiam.

Digitized by Google

SVMMARIVM MATERIERVM

Quæ tractantur in hoc octauo capitulo, circa Cambia.

1 AVctoris intentio ponitur.
2 Artem mercantilem, & campſoriam in ſe nec bonam, nec malam eſſe perſuadetur.
3 Permutationem pecuniæ cum pecunia, dupliciter eſſe oſtenditur, ſicut in rebus venalibus reperitur.
4 Pecuniam dupliciter conſiderari poſſe declaratur.
5 Pecuniam duos fines habere docetur, & quomodo vendi poſſit, & quomodo dicatur inuendibilis.
6 Perſuadetur, vt pecunia vti poßimus, & quo ad rerum pretium, & quo ad rem appretiatam, & hoc modo valere poteſt plus, vel minus, multis conditionibus.
7 Dicitur, quo pecuniā conſiderare, & ea vti poſſimus reſpectu temporis.
8 Declaratur, quid ſit cambium ad minutum, & quando liceat.
9 Dubitatur, an unicuique hoc cambium ad minutum facere liceat.
10 Declaratur quid ſit cambium per litteras, quod à publicis campſoribus exercetur.
11 Aduertitur quotuplices fraudes quiſque iſtorum campſorum committere poßit.
12 Narratur, per quot rationes in cambijs liceat campſoribus lucrari, & primum quo ad cambium reale.
13 Oſtenditur tertium genus cambij, & in quod genus contractus reducatur, & quando iuſtum, vel iniuſtum eſſe poſſit.
14 Demonſtrantur regulæ vniuerſales, quantum proſunt in caſibus qui hodie in hac materia verſantur.
15 Narratur quod cambium Lugduni, & Viſuntioni fieri debeat, ut ſit iuſtum in prima ſpecie.
16 Ponitur ſecunda dictorum cambiorum ſpecies, oſtendens nobis quando in illa euenire poßit iniuſtitia.
17 Ponitur tertia cambiorum ſpecies, declarans quando tempus id facere poteſt vſurarium, & illicitum.
18 Fit dubium, an per omnes Ciuitates cambiri poßit, & num per propinquas Ciuitates, intra ipſam prouinciam ad cambium dare liceat.

Mone-

Digitized by Google

19 *Monetur, quomodo homines pecuniæ cupidos Dæmon decipit.*
20 *Ponitur quarta ſpecies, vbi declaratur quam iuſtitiam habent ea cambia, quæ renouantur ex nundinis, in nundinas.*
21 *Ponitur quinta ſpecies, vbi dicitur, quàm illicitum ſit dare pecuniam ad cambium per plures nundinas, aut terminos ſimul.*
22 *Ponitur ſexta ſp[illegible]eorum, qui dant ad cambium impotentibus, multiplicandi ca[illegible] intereſſe, ſupra intereſſe, abſque nouis litteris, & quàm illicitum [illegible]*
23 *Ponitur ſeptima ſpecies, vbi declaratur, quod propriè ſit cambium ſiccum.*
24 *Per octauam ſpeciem, perſuadetur nonnullorum cambiorum Lugduni & Viſuntionis falſitas, quæ apparent vera cambia.*
25 *Probatur iniquitas recambij, ſupra ipſam pecuniam facti.*
26 *Fit dubium, quando mercator quærere poteſt intereſſe cambij, cum à ſuis debitoribus pecuniam exigere non poſſit.*
27 *Ponitur nona ſpecies, vbi committitur vſura ſub nomine cambij.*
28 *Ponitur decima ſpecies, nonæ ſimilis.*
29 *Ponitur vndecima ſpecies peſſima.*
30 *Narratur modus contrahendi nonnullorum, qui non ſunt mercatores qui conſcientiam depoſuerunt.*
31 *Recitatur Bulla Pij V. ſupra id facta, anno 1571.*
32 *Declarantur nonnullæ particulæ dictæ Bullæ pro meliori ſimplicium intelligentia.*
33 *Damnantur nonnullæ falſæ apparentiæ, quæ fiunt à proxenetis in talibus negotijs.*
34 *Declaratur ſi ad cambium ſumere liceat, vt det ad cambium.*
35 *Pulcherrimum fit dubium, idest dum fiunt litteræ cambij, quæ ſunt ſoluendæ in talibus nundinis, quando terminus dictæ ſolutionis intelligitur; ubi ponitur index omnium nundinarum Italiæ, & extra Italiam principalium.*

Digitized by Google

DE VSVRA CIRCA

Contractus Cambiorum.

1 *Intentio Auctoris.*

PRO huius materiæ vſurę complemento aliquorū contractuū qui vulgariter cambij vocantur, hos tractare conuenit, ubi aliquo modo vſura euenire poteſt; committendo ſub ſpecie cambij. Qui contractus cum ab omnibus communiter non ita obſeruātur ſicut cæteri; de quibus ſupra locuti ſumus, ideo in prima editione de eis nullam mentionem fecimus. Nunc autem rogatus ab i,s, quibus deeſſe non poſſum; de illius meliori modo, quo quidem fieri poteſt, tractabo, cum difficilis, ac implicata ſit materia. Et ut dicendorum intelligentia facilius habeatur, quædam præambula ponam.

1 Notandū. 2 *Ars mercatoria nec bona, nec mala in ſe.*

Primo notandum eſt, quòd ſicut negociatio; & ars mercatoria, in ſe tantum cōſiderata, nec bona, nec mala eſt, & bona, & mala eſſe poteſt aliquibus circūſtantijs veſtita, vt ſuprà dictum eſt, tamen Reip. permagni refert, ut populi cōmodè viuant: (quare antiquitus dictæ Reſp œconomis, alijſque factoribus indigebant, qui ſuo tempore Ciuitatib. prouiderent, quantū indigerent populi; deinde lucri auiditas, famulos, hoc eſt mercatores inueniens, qui ſponte id facerent, commiſit, ut dictæ Reſp. ipſas ſolicitudines omitteret. Videntes hodie Reſp. quòd mercatores tam implicati ſunt in rebus mercatorijs, ut omnia ad ſe attrahant, ut eorum auiditatem ab illis reprimi neceſſe ſit; quoniam Concionatorum clamores, Virorumq; ſtudioſorū ſcripta, eorum quāuis ſalutis zelo paſsim fiant, eos refrænare non ſufficiant) ita dico, ars campſoria, in ſe abſolutè conſiderata, nihil boni habet; niſi inquantum erit bene circūſtantionata; ſcilicet ut iuſtè fiat, & ad bonum finem, quoniā & hodie communi omnium beneficio neceſſaria eſt, propter negotia, quæ neceſſariò accidunt.

Ars campſoria in ſe nec bona, nec mala, eſt tamen neceſſaria.

Permutatio rerum venalium dupliciter fit.

Secundo notandum eſt, vt ait Ariſtot. in primo Polit. quòd ſicut permutatio rerum venalium, & neceſſariarum eſt duplex vſui humano, ſcilicet, una eſt quaſi naturalis; dum res pro alia permutatur, exemplum, pro vino frumentum, pro tela, pannum, & ſimilia; qui modus permutandi vulgariter dicitur, commutatio: altera eſt ciuilis, & politica, dum res permutatur cum pecunia, quæ propriè uocatur emptio, & uenditio, introducta ad Remp pro commoditate populorum; qui cum indigeant diuerſis rebus, non poſſunt ita commodè permutare rem pro alia: partim propter longinquitatem locorum, à quibus res ſummo labore feruntur; partim quia non ſemper inueniunt, qui permutarent, partim etiam propter pauperes, qui cum indigerent multis rebus minutis, non poſſent ita facilè commutare rem pro tot alijs minutis, unde pecunia introducta fuit, quæ eſſet pretium, & menſura rerum neceſſariarū uitæ humanæ: ita etiam in eadem pecunia duplex permutatio accidere poteſt; una erit, dum pecunia cum alia permutatur, hoc eſt, ſcuta, pro tot Iulijs, & ſimili; altera erit, dum permutatur pecunia cum alijs rerum ſpeciebus; & hoc non humana neceſſitate, ſed meliori commoditate negociatorum, & vt aliquid lucrentur: quę commutatio vocatur negociatio, & eſt propria mercatorum.

Pecunia quare fuerit introducta. 3 *Pecunia permutatio duplex.*

2 Notandū. Pecunia auctor quis fuerit.

Sed qui auctor pecuniæ fuerit neſcitur, inquit Plinius; nā ſicut diuerſi in diuerſis regionibus variè vtebātur, ita diuerſis auctoribus adſcriptum fuit. Nonnulli dicunt, quòd Lydi fuerunt primi, qui auro, & argento vſi ſunt. Ianū in Italia primum æs ſignatum, ſeu metallum cum imagine impendiſſe fertur, quādo

Satur-

Saturnus in Italiam venit. Sed Romæ Tullum fuiſſe dicitur, quamuis metallũ ſine imagine ante illũ impendi in vſu erat. Alij aliter dicunt: verũ quiſquis pecuniæ inuentor fuerit, vnum pro certo habetur, ſcilicet, vt ſi quis ea abutatur, maximum inſtrumentum eſt Diaboli adducendi eum ad inferos; quoniam apertè videtur, ꝙ pro nullo alio peccato plures Chriſtiani damnentur, quam pro auaritia, vt ſuprà tetigimus; omnes enim aurum, & argentum tali affectu ſequuntur, vt quandoque Diogenes interrogatus, cur aurum crocei coloris eſſet, propter timorem, ſine cunctatione, reſpondit, eo quòd quiſque illud perſequitur, vſque ad terræ viſcera.

Pecunia inſtrumentum diaboli.

Aurum quare ſit crocei coloris.

3 *Notãdum.*

Tertio notandum eſt, quòd ſicut quodlibet dupliciter conſiderari poteſt; ſcilicet materialiter, & formaliter; exemplum, veſtis conſiderari poteſt inquantum eſt lanea, aut ſerica; & hæc conſideratio vocatur materialis, & ſecundum ſuum finem, ad quem facta eſt, ideſt, ut induatur, & hæc vocatur formalis: ſic etiam pecunia materialiter conſiderari poteſt, ſcilicet, inquantum eſt argentea, & formaliter, hoc eſt, ſecundum ſuum finem, ad quem conſtituta fuit, inquantum eſt pretium legale, & menſura rerum venialium; unde tantum æſtimatur, quantum à lege, & à Principe determinata fuit, qui eam impendere facit.

4

Quarto, notandum eſt etiam, quòd dicta pecunia formaliter conſiderata habet duos fines, vnum principalem; qui eſt, illam impendere, & diſtrahere, quia ad hoc principaliter conſtituta fuit, & ad hunc modum, poſtquam non habet ſuũ vſum diſtinctum à ſe ipſa, vendi non poteſt; quemadmodũ enim albedo eſt illa, propter quam res aliæ dicuntur albæ, & illa alba dici nõ poteſt, ſic pecunia in ſuo uſu principali cum ſit pretium rerum venialium, illarum menſura dicitur, & ipſa nec menſurari, nec appreciari poteſt, & ad hunc ſẽſum Doctores dixerunt, ꝙ eſt inuendibilis: alterum ſecundariũ, qui differt à primo, & ad hunc modum vendi, & permutari poteſt: exemplum in artificialibus, finis principalis veſtis eſt eam induere, eo quòd ad hunc finem principaliter facta eſt: ſecundarius eſt, vt vendatur, aut permutetur cũ re aliqua, vt faciunt ſartores, qui vẽdunt veſtes, non inquantum eſt abſolutè pannus, ſed inquantũ ſunt veſtes, ut poſtea illis emptores vtantur ad ſuum proprium, & principalem finem: non aliter euenit pecuniæ, ſi conſideratur inquantum eſt pecunia, & non inquantum eſt aurum, aut argentum, ideſt, ultra quòd impendi poteſt ſecundum ſuum finem principalem, poteſt etiam commutari cum alia pecunia, emi, & vendi, quod euenit varijs de cauſis, vt dicetur.

Pecunia conſiderari poteſt materialiter, & formaliter.

5

4 *Notandũ.*

Pecunia habet duplicem finem.

Pecunia quãdo ſit inuendibilis.

Pecunia quãdo ſit vendibilis.

6

5 *Notandũ.*

Quinto notandum eſt, quòd pecunia tripliciter vti poſſimus; primo inquantum eſt regula, menſura, & pretium rerum venalium; qui modus eſt ſuus proprius, & principalis vſus, vt dixi, & ad hunc modum, qui impenderent, vel ſumere facerent pecuniam altiori pretio, quam à lege taxata eſt, vel minoris acciperent, mortaliter peccarent, cum obligatione reſtituendi illud plus, niſi tam paucum eſſet, ut ueniale iudicaretur. Secundo, illa vti poſſumus, inquantum abſolutè eſt pecunia, commutando illam cum alia pecunia; qui modus eſt uſus ſuus proprius, ſecundarius tamen, & ad hunc modum impendi, & diſtrahi poteſt plus, vel minus legali pretio, permutando illam cum alia pecunia, modo vt vna habeat rationem pretij & menſuræ, altera verò rei venalis dimenſæ, & æſtimatæ, quod accidit in cambijs: & hoc varijs de cauſis, ait Philoſophus in prædicto loco.

Pecunia tripliciter vti poſſumus.

Primo, propter qualitatem materialem pecuniæ, verbi gratia, aureorum millia ſunt meliora in auro, quã in argento, & in vna ſpecie argenti, quã in alia: vnde propter bonitatem metalli, ſemper una pecunia pluris æſtimabitiur, quam alia.

Pecunia quare vendi poſſit aſsignantur multa cauſa.

Secundo,

Secundo, eo quòd magis chara, & commoda eſt poſſeſſori, exemplum, cuidam mille aureos habenti in arca ſeruatos, magis in auro, quam in argento il los habere placet, vel in alia ſpecie pecuniæ, cum ſibi magis ſit commoda in ſua neceſſitate, & hac de cauſa eos vendere poſſet indigentibus aliquid plus, quam communiter impederentur, ſicut cuidam equum habenti, qui communiter valet triginta aureos, cum percommodus eſſet, pro illo, duo, & triginta quærere poſſet.

Tertio, cum minoris, ſit ponderis, aut naturaliter, vt ſunt Romæ patacchę Regni, pro quo defectu minus ualent, quam impenduntur in Regno, uel cum pecunia ſit abſciſa, & defectuoſa; quare non ita libenter impenditur, & ad hunc modum minori pretio emi poteſt, quam à lege poſitum eſt, prudentis iudicio.

Quarto, eo quòd vna erit magis apta, & commoda, ut exportetur, quam alia pecunia, vnde pro tali commoditate aurum pro argento cambire poterit, & efficere, vt ſibi aliquid plus detur, & contractus erit iuſtus.

Quinto, cum pecunia ſit magis communis, ideſt apta, ut impendatur in diuerſis locis, ſine imminutione, verbi gratia. Petrus ſcutorum quantitatem habet, quæ pro omni Regno impenduntur ſecundum ſuum pretium, & ualorem.

Sexto, propter periculum, ne à Principe reprobetur: exmplum, Petrus vendens bona ſua, accepit quandam ſpeciem pecuniæ, quæ periclitatur, ne à Principe reprobetur, propter ſuam malam qualitatem: unde propter ſuſpicionem volet illam permutare in pecunia ſecura: alius ꝓpter illam ſuſpicionem emere poterit aliquanto minoris, quam impeditur ſine tali ſuſpicione.

Septimo, vel quia erit magis apta, quam alia ad aliquem vſum, verbi gratia, ducatus aureus erit melior ſcuto Mediolanenſi, & Florentino, Aurifici, ad operandum: patacchæ Imperiales ſunt de meliori argento, quam Hiſpanæ, ſcuta riccia Regni Neapolis, & Genuę ſunt de meliori perfectione ad illa ducenda, & ad imagines inaurandas, vel ad ponendum in medicinis, quam ſunt alia, & ideo tali reſpectu pluris vendi poſſunt, quam impẽduntur ad res venales.

Octauo, vel quia in loco, vbi eſt dicta pecunia, nullatenus impenditur, ad pondus emi poteſt, pro quo valebit argentum, aut etiã aliquãto minoris iuſto ſuo pretio, quam ualet, vbi currit dicta pecunia, & poſtea eam illuc ferre, & iuſtè lucrari. His, & ſimilibus de cauſis pecunia uendi, & emi poteſt, aut pluris, aut minoris pretio determinato à Principe, eã permutando cum alia pecunia, in quo caſu non habebit rationem pecuniæ, ſed rei uenalis, quamuis vſus ſuus principalis ſit, eſſe pecunia, & uerè pretium rerum venalium.

Nono, reſpectu temporis; ideſt, aſſignando hodie pecuniam cum pacto, vt illa reſtituatur in aliud tempus. verum hic nota, quòd tempus, quod currit inter conſignationem pecunię, & eius exactionem, tripliciter conſiderari poteſt; primo reſpectu diſtantiæ loci, vbi ſoluitur pecunia, alibi accepta, & hoc licet; poſtquam tempus, quod neceſſariè currit inter dationem, & receptionem neceſſarium eſt, nam Venetijs pecunia ſolui non poſſet ſtatim cum Mediolani recipitur.

Secundo, reſpectu varietatis pretiorum, quæ diuerſis temporibus, diuerſimodè currere ſolent, ſicut enim vnamet mercatura habere poteſt diuerſa pretia in principio, & in fine anni, ſic etiam pecunia: unde occurrit, quod Londræ marca argenti quandoque plus, & quandoque minus valet, ſecundum penuriam, & copiam monetarum, quæ currunt in foro: unde ſuperioribus annis, in Regno, ſcuta habuerunt diuerſa pretia, ſecundum Principis voluntatem: & hoc modo licet quandoque plus accipere alicui, quam dederit.

Tertio,

Digitized by Google

Tertio, reſpectu ſolius temporis, verbi gratia, Petrus tenet pecuniam in arca otioſam, aſſignat eam Ioanni pro tanto tempore, in cuius fine vult de illa tantum plus, & ad hunc modum eſt maximè illicitũ, vt dictum eſt in cõtractibus mutui, præterquam in uno caſu licet, ideſt, quando amicus illa indigeret, ſolum vt ea uteretur ad oſtentationem, aut ſimile, non illam impendens, & non diſtrahens, reſtituendo eandem pecuniam, in quo caſu vocatur contractus locationis, & non mutui.

Quid ſi fraudulenter hoc fieret? verbi gratia, Ioannes cum pecunia repentino indigeat, & non inueniens, qui ei mutuet, dicit Petro, da mihi mille aureos pro tanto tempore, vt quandam de illis oſtentationem faciam, ſi Petrus fideliter id faciat, non perſpiciens Ioannis aſtutiam, non peccat, ſi autem hoc perſpiciat, & ſimulet, peccabit, & nihil accipere poteſt, ſed in hoc caſu temporis longitudo te de hoc monebit.

Decimo autem reſpectu diſtantiæ loci; & hoc modo tripliciter conſiderari poteſt, prout tria genera cambiorum fieri poſſunt.

Vbi notabis, quòd ſicut res venales, tripliciter emi, & vendi, aut commutari poſſunt; ideſt, primo eodem in loco, vbi reperiuntur, verbi gratia, commutare triticum pro uino, aut pannum pro ſerico, vbi ſunt contrahentes, & illa ibi aſſignare, aut emere vinum Amineum in Veſuuio, & ibi illud ſoluere, & accipere. *Nota. Res venales tripliciter emi, & vendi poſſunt.*

Secundo, in uno loco, pro alio, verbi gratia, Petrus permutat bona cum Frãciſco, quæ ambo Lanzani habebunt, ſcilicet, libros pro panno, aut emet Neapoli à Franciſco oleum, quòd Venetijs habet: cum pacto, vt illic conſignetur, & illic ſoluatur pretium, prout Venetiis valebit, & hoc modo tantum eſt, quantum ſi Venetiis emeretur.

Tertio partim in uno loco, partim etiam in alio, verbi gratia, Petrus vult vendere Venetiis centum onera olei, quæ tenet Bari, nõ debet ſolui, vt valet Venetijs, nam clarum eſt, quod merces pręſentes, & adductę ad locum, plus valent quam abſentes, & regulariter omne abſens valet minus domino, quã præſens nec quidem quantum valet Bari duntaxat, vẽdi debet, quamuis enim olea, quę ſunt in Apulia, vendantur pretijs currentibus Apuliæ, tamen cum fiat contractus Venetijs, & ſoluatur pecunia Venetijs, erunt iudicanda prout vendi ſolẽt olea Venetijs, quæ reperiuntur Bari, & pro illo pretio quod inueniretur Venetijs, eo quòd pretia rerum venaliũ ſequuntur naturam loci vbi fit contractus, & ſoluitur pecunia, quod pretium rationabiliter erit aliquid plus, quam Bari communiter currit, & eo minus illo Venetiarum, quo iudicari poteſt faſtidium, expenſæ, & periculum quod currere poſſet, ad conducendum illud Venetias, quæ res non ſunt omnes æquales omni tempore. Ita de cambiis dicere poſſumus, ideſt, de pecunia, ſecundum illam rationem quæ eſt apta ut cambiatur, aut vendatur, ut ſupra audiſtis.

Quapropter aduertetis, quòd quamuis Nauar. cap. 17. nu. 243. litera B. hoc tractans, doceat ſeptem genera cambiorum, tamen omnia reducuntur ad tria, ut audietis.

Primum vocatur cambium reale abſolutè de pręſenti, dico (reale) quia datur res pro re, realiter, dico (de prẽſenti) quia non aliud tempus conſumitur quam numerare pecuniam, quod propriè vocatur cambium ad minutum.

Hoc genus cambij communiter exercetur ab ijs, qui tenent menſam publicam Neapoli in platea Vlmi; Romę in uia Palatina, Venetijs in Rialto.

Hoc officiũ aliquo in loco fit auctoritate publica, & exercetur hoc modo. Cãpſor conatur habere ex omni parte pecunias cuiuſcunque Regni practicabilis, & ponit ſuam menſam in platea. Petrus emere vult res minutas, & non habet aliam pecuniam, quam ſcuta, & non reperit venditorẽ, qui det illi tot minutas 8 *Cambium ad minutum.*

pecunias,

pecunias, de remanenti pretio, accedit ad campſorem, & ille pro ſcuto dat ei tot pecunias argenteas, aut ęreas eiuſdem valoris, ut illas vult, ſibi retinens granum, baiocchum, aut bezzum pro ſuo labore, ſalario, & officio.

Prætereà, Ioannes cum vendidiſſet panem in platea accepit quantitatem pecuniæ minutæ, vellet eam permutare cum tot ſcutis, vt illa ſcuta reponeret; accedit ad campſorem, & cum eo permutando, quinque quatrinos pro ſcuto ei plus donat, quam impendi ſolet pretio ordinario in plateis pro ſuo ordinario ſalario.

Prætereà, Franciſcus volens iter longiſſimum facere, & habens quantitatem pecuniæ argenteæ, quæ illũ pergrauat, vult illam mutare cum ſcutis; eo quòd commodius, aut occultius fertur, aut regionem eſt mutaturus, eam pecuniam uolet, quæ impenditur in illa Regione, in quã ibit, permutabit dictam pecuniam cum paruo augmento campſoris, pro illo ſuo exercitio quod facit, uiuendi cauſa ſua arte; & ſimili, tale lucrum erit iuſtum, ſi erit moderatum.

Dico (pro illo ſuo exercitio) quia illud parũ augmenti ad ſe non attrahit, eo quòd tradit aurum pro ære: hoc enim modo, quando Petrus dat aurum cãpſori, cum quatrinos ſit impenſurus, ipſe lucrari deberet, ſed hoc ſumit pro ſuo illo labore, quem facit, accommodandi oẽs: id officium pro communi utilitate, ac beneficio, quod affert populo, meretur a Rep. Salarium conueniens, quæ cum illud ſalarium illi non præbeat, merito ipſe ſibi illud parat, prædicto modo.

Dixi (moderatũ, & conueniens) nam modo vt ęqualitas iuſtitiæ obſeruetur in commutandis pecunijs, ille ſibi ſumere poteſt, quantũ à ſuperioribus taxabitur, & ſi id non erit, quam communiter accipi ſolet, aut quantum iudicabitur eſſe iuſtum à ſapientibus hominibus; tunc eſſet iniuſtum, quando plus acciperet, quam obſeruat conſuetudo, iniuſtiſſimum eſſet etiam, quando permutaret cũ pecunia inualida, manca, falſa, aut in totum, aut in parte rupta, & non apta ad impenſionem, & ille eam non cognoſceret, aut non perſpiceret, præſertim quando agitur cum homine, qui non cognoſcit qualitatem diuerſorum ſcutorum, credens, omnia eſſe æqualiter, aut pretium monetarum.

Aduertẽdũ. Hinc declaratur; qui reale, aut ciamfronem archimiæ, aut ſcutum falſum acceperit, illa inſcindere debebit: etſi tradet illa pro currenti pretio non cognoſcenti, aut illa ponet intra alias pecunias, artificiosè cooperiens, ne, qui illa accipit, aduertat, mortaliter peccat, & tenetur ad reſtitutionem, nec dicere ſufficit, cum defraudatus eſſem, mihi alium defraudare licebit.

9 *Dubium.* Hic inſurgit dubium neceſſarium, erit ne licitum unicuique priuato, qui nõ tenet menſam publicam in platea, idem lucrum facere, cambiendo? Reſpondetur cũ diſtinctione, ſi ille particularis homo, cui pecunia quæretur, in ſuo fauore nonnullam earum conditionum habebit, quæ narratæ ſunt in quinto notando, tunc tali reſpectu aliquid ſibi plus ſumere poſſet tamen non tantũ, quantum publicus campſor, qui manet in hoc exercitio, pro quo ſalaria ſoluit, & laborem ſuſtinet. Sed ſi cambiendo, non paſſus fuerit damnum aliquod notabile, aut incommodum de illis ſupradictis; non poteſt iuſta ratione accipere quatrinum lucri, verbi gratia, Macellarius, accepit quantitatem pecuniæ in macello, quam tenet paratam ad emenda pecora in foro, ut ea mactet, ſi illi quæſita fuerit ad cambiendum cum pecunia bona, & apta ad impenſionẽ eiuſdem ualoris, non põt quærere pro illa ſocij commoditate rem illam, tantum enim impendit unam, quantum alteram: immo ei quandoque cambiũ placebit auferẽs á marſupio pondus pecunię, quæ illũ grauat, aut numerãdo moleſtiam affert, in aſſignando illam mercatori. Aliud exemplum, Hiſpanus uult ire in Hiſpaniam, & pro ſua commoditate volet cambire ſuam pecuniam in tot ſcutis, cum uidiſſet Petrum, eo quòd uinum uendidit, accepiſſe centum ſcuta, vult ea

Cui nõ liceat cãbire ad minutum.

cambire,

Digitized by Google

cambire, cum tot alijs pecunijs eiuſdem ualoris: ſi Petrus habebat animum ira pendendi, & diſtrahendi illa ſcuta in alias merces, non poteſt petere quatrinum pro dicto cambio, eo quod non ſentiendo incommodum, nec damnum aliquod, pro illa campſione nulla iuſtitia eſt, vt facere poſsit.

Hæc doctrina, vltra quod ratione defenditur, approbatur à Cardinale Caietano in Opuſculo de Cambiis, à Sylue. Verbo, Vſura, 4. à Gabriele, & Nauarro in ſupra dicto loco. Diuo Antonino, 3. par. & ab aliis uiris famoſis. *Doctrina approbata.*

Et nota ſecundum dictum Caietanum, quod ſola bonitas metalli non ſufficit priuato, ut poſsit quærere lucrum cambiendo, verbi gratia, ſi Petrus cambire uellet Scuta Genuę videntis aurum cum aliis ſcutis ita precioſis, & ſibi utilibus, aut patacchas Florentiæ, quæ ſunt magis aptæ Aurifici, vt de illis opus fiat cum alia pecunia bona, & perfecta, cum ſuo lucro peccaret, eo quod vult uendere commodum, & vtile alterius abſque ſuo damno, ſicut non licet uendere rem plus iuſto pretio, cum ſit illa percommoda emptori, quando illi non affert incommodum aliquod. *Nota.*

Hinc ſequitur, qui eunt ad nundinas cauſa emēdi multas merces, ferunt ſcuta, & duplos aureos, pro minori eorum faſtidio, cambiendo illa poſtea in nundinis, cum eorum augmento, non excuſantur à peccato, cum obligatione reſtituendi illud plus, eo quod nō eſt ratio aliqua pro ipſis, ut illud facere poſſint; poſtquam tantum emunt ſuas merces ſoluendo ſcuta, quantum ualet argentum, aut metallum, cum quibus commutauerint. *1. Corollariū.*

Sequitur etiā, qui debet quantitatem pecuniæ alteri, vt ſunt Procurator, Factor, Aerarius, Cancellarius, aut qui ſoluunt ſtipēdia militum, aut aliarum Cōmunitatum, ſi, ut det bonam pecuniam ad ſatisfactionem creditoris, accipiat ſibi aliquid, mortaliter peccat, præſertim, ſi præſentat malitioſè pecuniam malā, ut ille dicat, da mihi illam aliam, eo quòd tantum tibi cedam. Quamcunque enim pecuniam ſoluit, non accipit damnum aliquod, cum illam teneat ad hūc effectum, imò bonam tradens, minus faſtidii habet ad illam numerandam. *2. Corollariū.*

Sed quid de illo dicam, qui ponit menſam in nundinis, & emit omnes ſpecies pecunię defectuoſę? Dico, ꝙ licitum erit illam emere aliquanto minori pretio legali, ſecundum qualitatem, & quantitatem uitii, peccare poteſt de iniuſtitia, quando illa pretii diminutio eſſet notabilis, unde ſi erit pecunia ita rupta, ut impendi non poſſet; emi poteſt ad pondus pro argento rupto, ſi erit falſa de argento, emi poteſt ſecundum qualitatem argenti, & archimiæ, ſi non erit iuſti ponderis, qualeiam impenditur, ſed maxima difficultate dari poteſt aliquid minus pro illo uitio, ſi autem nullatenus impendi poteſt, eo quòd penitus refutatur, vendetur pro argento rupto, & ſi erit pecunia de alio ſigno, uel de alio Principe; quamobrem illic nō impenditur, & alibi maximè illam minoris emere poteſt, ſecundum diſtantiam Regni, vbi impendi poteſt, & poſtea illuc eam afferre, & lucrari ſuo labore. *Dubium.*

Sed in hoc primo genere cambiorū ad minutū unum nobis moleſtiā affert, ideſt, illud plus, quod ſibi attrahit pro ſuo ſalario, labore, & induſtria, oportet, ut ſit cum prudentia, ſecundum ſuam qualitatem, ut uiuere poſſit, iuxta penuriā, & copiam negotiorum, & pecuniarum, quæ currunt, cum enim nullum pretium determinatum in hoc poſitum ſit à ſuperioribus, difficillimum eſt homini ſe iuſtitiæ lance metiri, quoniam auaritia & deſiderium citiſsimè ditandi, facit, ut ſæpè homo ſe præcipitet ad quęrendum ſuperfluum.

Secūda ſpēs cambij uocatur per litteras, & hoc exercetur propriè à publicis Campſoribus (qui alio modo appellātur depoſitarii) & à Mercatoribus, reſpondentes in multis locis. Dico (a publicis Campſoribus) quia hoc officiū tenēdi pecunias ciuium repoſitas pro eorum commoditate, cum pacto, & lege illas reſtituen- 10 *Cambium per litteras.*

reſtituendi,quando eas uolent , & depoſita facta, & ordinata à Iudicibus, & Magiſtratibus,vt ſint tuta,dātur per publicā auctoritatē,hodie uerò cum fideiuſſione dari ſolēt,& antiquitus illis quoddam indeterminatum ſalarium conſtituebatur pro cuſtodia pecuniarum,ſibi depoſitarum prædicto modo,hodie tamen,quia dicti campſores vtuntur pecuniis penes ſe depoſitis, pro ſua commoditate,foris cambiendo,& etiam emendo merces,vnde perlucrantur ; ideo non ſolum non accipiunt aliquod ſalarium , verum etiam infinitas gratias uidentur agere ijs , qui deponunt ſuas pecunias apud eorum arcas, & quandoq; tradunt ſex,vel ſeptem pro centenario;aut promittunt illis uſum pecuniarum eorum arcæ , caſu quo illa pecunia indigent ; verum hæc conuentio eſt uſuraria ; eo quod deponere pecunias apud Campſorem cum pacto , ut illis uti poſſit,ſicuti iam utitur,nil aliud eſt,quam illas ei mutuare,ait D.Thom. unde ideo exigere non poteſt pecunias, nec commoditatem ullam virtute alicuius pacti,aut intentionis principalis.Dico(pacti,aut intentionis principalis)quia ſi Campſor pro ſua humanitate aliquid ex arca illi donare uolet , non eſt peccatum,ſed de hoc ſupra uerba fecimus,in vſura circa mutuum.

Dubium. Sed antequam ultra progrediamur , quęritur , poſsitne committi fraus ab iſtis Campſoribus, tenendo pecunias ciuium depoſitas? Reſpondetur, quod ſic, dupliciter.

Primo,quando committunt malitiam differendo ſolutionem litterarū, quę ipſis præſentantur,ut tempus lucrentur,& diu illis uti poſſint, quapropter reperiunt quaſdam excuſationes,quòd litterę non ſunt validę,aut illas mittunt ad alios Campores,aut procraſtinant,ut perueniat finis ſoluendi,& non expediant litteras;vnde Heri nūmorum aliquod grauamen ſentiunt, eo quòd ſuis pecunijs uti non poſſunt,& quandoque propter dilationem ſolutionis, de die in diem patiuntur intereſſe,ad quod in conſcientia tenentur Campſores.

11 *Fraus in cābijs per litteras.* Dico(quando committunt malitiam) nam ſi talia impedimenta meritò accidunt,excuſantur.

Secundo,dum fingunt ſe non eſſe ſoluendo,& impetrant dilationem à Principe,vt ſoluere poſſint,& hoc ſępę accidit, dum emere uolunt omnes Prouincię grana,aut Regni frumenta , ſi fieri poſſet,aut totum Campanę vinum,aut ſues omnes; ut eos ſaliant, ut poſtea omnes alii ab ipſis dependeant,& cum hoc poſſint illa vendere ſuo arbitratu,ponendo pretia alta,& iniuſta,& faciendo penuriam populis,cum propria eorum pecunia, tunc dico facientes ſe impotentes,ita ut litteris pręſentatis reſpōdere non poſſint,ſe abſentant,tanquā nō potentes ſoluere,non ꝗ tales verè ſint,cum magno damno,& intereſſe Dominorū,vltra peccatum cōmiſſum propter monopolia facta, ut ſupra: ſimiles perſonę meritò condemnādę ſunt,& ideo hęc ars eſt periculoſiſſima,propter auiditatem breui lucrandi plurimum.

Dubium. Vt igitur redeamus ad noſtrum propoſitum,quęritur, erit ne licitum lucrari aliquid in cambiis,quæ fiunt per litteras?

12 *Cambium per literas duplex.* Hic nota,quòd cambium per litteras , duobus modis fieri ſolet : vnum eſt, quando Campſor primū hic pecuniam accipit, & deinde facit litteras cābii, vt alibi ſoluantur;& hoc vocatur verum cambium reale, ideſt abſq; fictione, & falſitate:alterum eſt,quando Campſor dat pecuniam,antequam illam accipiat,& hoc genus cambii uocant cambium ſiccum,quod habet plures ſpecies particulares,de quo loquemur in tertio loco.

Cambiū reale per litteras fit duobus modis. Hoc cambium reale ꝑ litteras fieri poteſt duob.modis;primo ſ.Petrus cū eſſet Mediolani,vellet tranſmittere Venet.mille aureos,aſſignat eos Cāpſori Mediolani , & ille litteras cambii ei fecit vt ſoluantur Venetiis:aut contra,habet mille aureos Venetiis,&vellet illos Mediolani,vbi ipſe Petrus manet;aſsignat

Campſori

Digitized by Google

Campſori ſuas litteras, vt per eas dictus Câpſor illos exigat illic, & poſtea Mediolani illos ei ſoluat, & in ambobus tripliciter contrahi poteſt, propter valorē diuerſum pecuniarum, vt intelliges, ideſt, aut cambiendo de vno loco in alium vbi pecunia habet idem pretium; aut de vno loco, vbi valet minus in alium, ubi valet plus, aut contra de vno loco, ubi ualet plus in alium, vbi ualet minus.

Reſpondens ad dubium, dico multa, & primum, quo ad cambium reale, in hoc cambio non interuenit contractus mutui ex parte Campſoris, poſtquā ipſe non dat primum pecuniam, & deinde illā accipit, ut fieri ſolet in contractibus mutui; ſed contra, primum accipit pecuniam, & deinde facit litteras, ut alibi ſoluatur, neque ex parte illius, qui dat pecuniam, eo quod in contractu mutui, qui tradit primum, ideo tradit, quia ille, cui dat, indiget, & poſtea quando accipit, quod primum dedit, illud accipit reſpectu temporis tranſacti: ſed Petrus, verbi gratia, tradens Campſori, nō tradit propter neceſſitatem Câpſoris, ſed potius propter neceſſitatem, quā ipſe habet, vt alibi reddatur, unde illa acceptio, quam poſtea facit, non eſt reſpectu temporis tranſacti, ſed loci diſtantis, & quamuis currat tempus, id euenit propter diſtantiam loci, vbi accipit pecuniam, quam vult, quòd ſi id non eſſet, ſtatim acciperet, quod tradit, itaque huc non ingreditur contractus mutui, nec accipitur aliquid reſpectu temporis, quod currit inter dandum, & accipiendum, quid erit igitur? Dico ſecundum diuerſitatem cambiendi, ſi cambium erit de prima ſpecie, hoc eſt, ſi cambiet pecuniā cum pecunia eiuſdem ualoris, & pretii, quod accidit in Ciuitatibus ſub eodem Principe, verbi gratia, Petrus tradit Panormi Campſori quinquaginta uncias, ut Meſſanæ Petro ſoluantur, aut tradit Neapoli centum aureos carolenorum, ut Bari, aut Coſentiæ ſoluantur, aut tradit Venetijs centum ſcuta, ut ſoluantur Florentiæ in auro, aut Neapoli de Regno, & ſimili, tunc hunc contractum regulariter non poſſem uocare emptionem, aut uenditionem, nam ut dictum eſt ſupra, in quinto notando, decimo reſpectu, pecunia abſens ſæpè minus ualet, quam præſens, unde hac ratione potius Petrus lucrari deberet, tradens hic pecuniam, quam Campſor efficiens, ut illa alibi ſoluatur poſt quoddam tempus.

Dico (regulariter, & ſæpe) quia in aliquo caſu Campſori, & Mercatori plus ualere poteſt pecunia abſens, quam præſens, uerbi gratia, Portius repoſuit magnam pecuniarū quantitatem Meſſanæ, ut ſericum de illis emeret tempore opportuno, aut Bari oleum, aut in nundinis Anſani, merces, & ſimilia, vnde ſi traderet illā Petro, ꝓpter tot alias acceptas Neapoli, eſſet neceſſe, aut ceſſare ab illo lucro, aut iterum illic reponere alias pecunias ſuo periculo, & in hoc caſu, uendi poſſet illa pecunia abſens meliori conditione, quam non ualet præſens reſpectu ſui intereſſe. Extra hunc caſum, cambium prædictum regulariter poteſt, & debet uocari locatio operarum Campſoris, & ita communiter fieri ſolet, vnde Campſor iuſtè à Petro petere poteſt tantum pro centenario, propter ſuum laborem, faſtidium, aut induſtriam faciēdi ſoluere illas Petro, ubi uolet, poſtquam ſe obſtringit transferre, aut transferre facere pecunias in illum locū ſuo periculo. Mihi dices, & quid laboris, faſtidii, aut periculi patitur Campſor, ſi id omne facit cum ſingulis litteris, mittens illas ad ſuum Factorem, Agentem, aut ad alium, ut illas ſoluat pro ipſo? Dico, quòd quidquid dicitis, cōſideratur reſpectu naturę cambiorum, tanquam res accidentalis, eo quod Campſor tenetur realiter ſuis expenſis, & periculo facere transferre dictam pecuniam in illum locum, vbi vult illam Petrus: ſed ut Campſor habeat hanc cōmoditatem illic ſoluendi, per ſuos Factores, Agentes, aut alios, ſine alio ſuo faſtidio, & damno, id oritur ex conditione Campſoris, manētis ſupra ſimilia negotia, *Inſtantia.*

gotia,

Digitized by Google

gotia, & præſertim temporibus noſtris, propter quantitatem negociorum:
Campſores, & Mercatores fruuntur hac commoditate, quam commoditatem
Campſor donare non adſtringitur, quemadmodum nemo tenetur militare
Regi ſuis expenſis, 10. quæſt. 2. Precariè, & D. Paul. 1. Corint. cap. 6. Etiam di-
cere poterimus, ut ait Nauar. cap. 17. num. 84. litera E, quòd hoc Cambium eſt
uirtualiter transferre pecuniam de uno loco, in alium, uirtute litterarum cam-
bij, quæ aſſignantur, & ideo uocatur cambium per litteras, quia communiter
fiat per eas, quamuis etiam fieri poſſet per nuntium, uel per aliud ſimile. Itaque
Cambiũ reale hoc mõ non ſolum licet Campſoribus, verum etiã Mercatoribus
exercẽtibus ſimilia negocia, & ideo confirmatum, & approbatũ fuit à Pio V.

Iniuſtitia in cambio reali per literas.

in Motu proprio facto ſupra cambia, qui dicetur in fine huius ſermonis. Verum
eſt, quod in hoc cambij genere iniuſtitia euenire poteſt, & hoc, cum Campſor
quæreret plus, quã meretur ſuus labor, & induſtria, aut plus, quam cõmunis,
& uſus ordinarius Mercatorum currit, inductus à paſſione Auaritiæ, cui Caro-
lus V. Imperator prouidere, & ſe opponere volens, fecit pretium moderatum
circa hæc cambia, in ſuis Regnis, quod poſtea non fuit uſu receptum, ideo in
ſimilibus caſibus non eſt melior Iudex, quam conſcientia hominum Deum
timentium, iudicãdo quãtam mercedem mereatur ſuũ ſeruitium, habito reſpe

Vſura in cãbio reali.

ctu ad diſtantiam loci, quo litteræ dirigũtur. Etiam poteſt euenire vſura in hoc
cambio ex parte Petri, ſoluentis primum pecuniam Campſori, uerbi gratia, ſi
cambiũ merebitur ſalarium quinque pro centenario, Petrus dicet Campſori, ſi
me ſoluere facies non plus quam tres, aut duos pro centenario, tibi polli-
ceor, non uti litteris tribus, uel quatuor menſibus, poſt tẽpus præſentationis
litterarum, & Cãpſor, vt pecunia utatur pro illo tempore, contẽtus erit, tunc
Petrus vſuram cõmitteret erga Campſorẽ. Si cãbium erit de ſecunda ſpecie, ſci
licet de uno loco, ubi ualet minus, in alium, ubi valet plus, locatio eſſe poterit,
ut ſupra, & hoc modo lucrari poterit duobus modis. Primo, propter laborem,
& faſtidia, quæ ſuſtinet transferendo pecuniam, ubi illam vult Petrus. Secũdo
propter augmentum dictæ pecuniæ ferendo illam, vbi plus valet, nec propter
hoc ſecundum vtile, Campſor aliquid ſalarii diminuere teneretur, quod ſibi de
betur, ut alibi pecuniam ſoluere faciat, nam illud ſibi debetur propter ſuum la
borem, ut dixi. Secundum autem lucrum facit propter ſuam conditionem cau
ſa exercendi hæc negocia, non per hoc Petro res vlla fraudabitur, eo quòd ha-
bet ſuum intentum, nulla affectus iniuria. Et ſi conuenient, ut ſoluatur eadem
pecunia eiuſdem ſpeciei, tunc ambo lucrarentur, Mercator ſalarium, ut il-
lam transferat, Petrus autem augmentum, ut ſibi illa ibi aſſignetur, vbi
plus ualet.

Si cãbium erit de tertia ſpecie, hoc eſt, de uno loco, ubi multũ, in alium, vbi
parũ ualet, conueniendo ut ſibi reddatur eadem pecunia in ſpecie, erit locatio
tantum, pp quam ſuum ſalariũ quęrere poterit, & ſi Petrus amittet aliquid in
ſua pecunia, Cãpſor conqueri non debet, neque ab illo per hoc dãnificabitur,
aſſignando illam Petro, vbi valet minus, ſed hoc euenit, eo ꝙ ita conuenerunt,
ac ſi Petrus illuc eam attuliſſet, ſi autem nõ conuenerint, vt Petro reddatur ea-
dem pecunia in ſpecie, ſed ſumma tot ſcutorum, tunc Campſor non poſſet ac
cipere totum ſalarium à Petro, cauſa transferendę illius pecuniæ, ſed eo minus,
quo lucraretur in pecunia de loco, in locum, verbi gratia, ſi acceperit Mediola-
ni cẽtum teſtones, quorum quiſque illic ualet duo de quinquaginta ſoldis, vel
let poſtea Venetiis reddere quemque ex illis ad rationem quadraginta quin
que ut valent Venetiis, uoraret ex duplici ore, ait Syluest. Verbo, Vſura, 4. §. 8.
in fine. Sed quia huiuſmodi cambiendi formis raro aut nunquam utimur, id
propter doctrinæ abundantiam breuiter dictum ſit.

Tranſeamus

Digitized by Google

Tranſeamus igitur ad tertium genus cambiorum, quę hodie frequentantur ab omnibus,& fit multipliciter. Vnde mihi altius de hoc verba ſunt facienda.

Tertium genus cambiorum à Laurentio Ridolfi in tractatu, quem facit de vſura,& à Syluestro, Verbo, Vſura. 4. & ab aliquibus alijs, uocatur cambium ſiccum, eo quod aduerſatur ſecundo generi cambiorum, quoniam Campſor primum dat pecuniam præſentialiter,& deinde illam accipit in alio loco. Hoc genus cambij habet plures ſpecies diuerſas, aliquæ aſſimilantur ſecundo generi ſupradicto, quo ad realitatem negociandi, vnde plus habet de reali, quam de ſicco, aliquæ verò plus habent de apparenti, quam de reali, itaque verè dici poſſunt cambia ſicca, ut ſunt aliqui contractus mutui, qui celebrantur ſub colore, & nomine cambiorum apparentium, ſed ſunt ſimulati, & ficti, quemadmodum enim arbor ſicca fructus verè ferre non poteſt, ſic in tali ſpecie cambiorum iuſtè lucrari non poteſt, &ad hunc ſenſum Diuus Antoninus in 3. par. Nauar. cap. 17. in materia cambiorum, & alij, & præſertim Pij V. in Bulla, quam facit ſuper Cambia, quæ dicetur in fine, intelligunt verè Cambium ſiccum. 13 *Cambium ſiccum.* *Cambium ſiccum unde dicatur.*

Sed hæc nominis differentia, parum refert, redeamus ad rem referendo ſpecies particulariter, ſigillatim,& videbimus, quæ ipſarum erit licita,& quę non.

Et pro huius generis cambiorum intelligētia, vbi Campſor primum dat, & deinde accipit, quę in Hiſpania vocant cambia augmenti, notandum eſt ex parte Campſoris, quod in ſimilibus cambijs non interuenit contractus locationis operarum, laborum, ſeruitiorum, induſtriæ,& ſimilium, ut in ſupradictis ſecundi generis, eo quod realiter Campſor non ſuſtinet laborem, nec faſtidium, nec expenſas pro ſalariis miniſtrorum Factorū, & ſimilium, transferēdi cauſa, vel transferre faciendi pecuniam de uno loco, in alium; aut ſaltem illam ſoluere facere, aut aſſignare, ſed potius, qui accipit pecuniam ad cambium, tenetur habere curam, adhibere diligentiam,& ſumere laborem, ut aſſignaturus ſit pecuniā alibi. i. accipiens pecuniam Neapoli, aſtringitur intra tantum tempus illam aſſignare facere Panormi, aut Lugduni per primas nūdinas, quapropter tali reſpectu nihil Campſor lucrari poſſet. Nec minus eſſe poteſt cōtractus permutationis propriè, eo quod in uera permutatione requiritur, quod utraque pecunia ſit in eſſe,& eodem tempore, ſe quando aſſignatur à Campſore pecunia, accipiēti ad cambium per Lugdunum, aut Veſuntionē, non habet tunc pecuniam aſſignandam in dicto loco, unde de præſenti in futurum, ſicut de certo in incertū non eſt vera permutatio. l. 1. C. de rerum permut. Et ſi tamen id eſſet, verbi gratia mihi ſunt centum ſcuta Venetijs,& illa hic vellem,& tibi ſunt hic,& uelles Venetiis, da mihi hic tua, eo quod tibi mea illic aſſignare faciam, neuter lucrū quærere poſſet propter hanc permutationem abſolutam, quoniam in permutatione æqualitas obſeruanda eſt, ſed ſi pecunia, quæ permutatur, eſſet varia quo ad pretium,& valorem, ut accidere ſolet propter diuerſitatem locorum, tunc unus debet reſarcire alteri, reducendo contractum ad æqualitatem.

Poteſt igitur eſſe contractus mutui, aut uenditionis.

Si contractus erit de mutuo, ſcilicet Campſor tradet Petro centum aureos ratione mutui, cum pacto, ut illos redditurus ſit, aut in dicto loco, aut in talibus nundinis, aut alibi, ubi volet Campſor, nō poterit accipere aliquod utile, vel augmentum, eo quod eſſet uſura manifeſta, præterquam in uno ſolo caſu: hoc eſt, reſpectu ſui intereſſe lucri ceſſantis, verbi gratia paratus erat ad merces emendas,& cum rogaretur, ut pecuniam mutuaret, ceſſat facere illud lucrum, aut reperit ad illam cambiendam pro cambio uero, ut intelligetis,& ut ei ſeruiat, non tradit illā,& in hoc caſu non poteſt à principio cōuenire de intereſſe determinato, ſed expectare,& ſcire, quid lucri facturus eſſet in negocio, quod

Digitized by Google

ceſſat facere, cauſa inſeruiendi amico, tamen de hoc ſatis locuti ſumus in materia intereſſe.

Si contractus erit de emptione, vt communiter fieri ſolet, tunc dictum cambium iuſtè fieri poteſt cum aliquo augmento. Et vt bene intelligatis hanc difficultatem, vobis ſciendum eſt, ut ait Caietanus in prędicto loco, quòd hæc cambia tertii generis habent duos reſpectus, ex parte Campſoris, unus eſt, ęſtimãdo pecuniam propriam, quam primum dat plus, quam illam alterius in loco, ubi reddetur, alter eſt, æſtimando pecuniam alienam minus, quam ualet communiter in loco, vbi celebratur contractus, & ſit prima ſolutio, & id omne euenit ex eo quòd regulariter, ut ait quoque Nauar. capit. 17. in materia cambiorum littera M, pecunia abſens minus ualet, quam præſens, cui uolet illam vendere. nam patitur faſtidium, laborem, & pericula, ad illam perferendã in locum, vbi manet, ut illa vti poſſit, ſicut merces, quæ ſunt perferendæ, minus ualent foris, quam perlatę, & hoc intelligitur, quo ad vſum ſuum ſecundarium, qui ſupra fuit explicatus in principio, in quo caſu pecunia iudicatur ut res venalis apta, ut poſſit æſtimari, & conſequenter emi, & vendi, itaque Campſor aſſignando Petro Neapoli nonaginta aureos, ut centum de illis accipiat Lupijs, aut Medinæ Hiſpaniæ, vt illos accipiat Hiſpalis, nonaginta Campſoris habent rationem pretii, illi autem Petri rei venalis æſtimatæ, nam realiter Petrus vendit illos Campſori, & ipſe eos emit, hinc fit, quòd tale genus cambii, ad hunc modum licitum erit.

Pecunia abſens minus, ualet quam præſens.

Et ſi hoc uerificatur, quoad pecunias, quæ ſunt ſub eodem Principe habentes eundem ualorem, quanto magis licitum erit de pecunijs ſub diuerſis Principibus, quæ ſunt uariæ tum quo ad ualorem, tum etiam quo ad bonitatem, ut accidit in cambijs, quę fiunt Genuę, per Lugdunum, aut Viſuntionem, & Venetiis, per Antuerpiam, & ſimilia.

Cambiũ ſiccũ quando erit lic tum.

Aduertendũ.

Tamen in hoc bene aduertendũ eſt, quod in hoc tertio genere cambiorum peccatum iniuſtitiæ ac vſurę euenire poteſt.

Iniuſtitia in cambio ſicco.

Iniuſtitia eſſet, dũ pecunia abſens minus emeretur, quam meretur ſua abſentia, aut ſuum pretium, & qualitas, de quo ſtandum eſt iudicio prudentis, & timoratę conſcientiæ, & non affectioni Campſoris, aut accipientis ad cambiũ, nam paſſio, & affectio illum decipere poſſet.

Vſuria in cãbio ſicco.

Ad hoc propoſitum facit ille Canon. Hoc ius porrectum, in decreto. 10. q. 2. addita Gloſſa, ubi determinatur, quòd pretium ſit ęquale rei, quæ uenditur: Vſura etiam, quando pretium, quo cum emitur, eſſet minus iuſto, reſpectu tẽporis abſolutè anticipati, quemadmodum enim non licet emere rem venalem minus iuſto pretio, cauſa anticipandæ ſolutionis, vt dictum eſt ſuprà, ſic in hoc genere cambiorum, vt detur pecunia à Campſore ante tempus.

Dico (abſolutè) nam quando tempus currit, propter diſtantiam loci, ubi facienda eſt ſolutio, non refert, quoniam maior diſtantia requirit longius tempus ad ſoluendum, ſed hoc intelligitur, quando concederetur maius tempus notabiliter ad ſoluendum, quam requirit miſſio litterarum, & uſus præſentationis ad inſtantiam accipientis ad cambium, ut commodius uti poſſit pecunia illo tempore, cuius contemplatione Campſor emit pecuniam abſentem minus pretio currenti; uel quando cauſa dandæ ſolutionis temporis, ad reſpondendum per duas aut tres nundinas, aut per duos; aut tres terminos, magis lucrari uellet, quam conuenit, pro uno termino, aut pro nundinis proximis, eo quòd tota intentio pendet, hoc modo, à tempore ęxpectato, itaque dilatetur tempus, quantum ei placet, modo ne ſoluatur plus, quam currit per primum terminum, aut per primas nudinas, nec iniuſtitia, nec uſura erit. Et denique quando ſimiles contractus fictè fierent, hoc eſt emeretur pecunia abſens,

Digitized by Google

ſens, quæ non eſt in facto, verbi gratia, Campſor aſſignat pecuniam Petro Neapoli cum pacto, vt Venetijs, aut Lugduni illam ſoluere faciat, ubi realiter non habet pecuniam, neque ſpem illius habendæ, ſed tantum litteræ fiunt, & non mittũtur, vel ſi mittantur, tranſportãtur pro forma, ſed realiter pecunia reſtituitur eodem in loco cum lucro conuento, aut ſecundum pretia currentia in platea, quo lucrum iure exigi non poteſt, hoc enim modo eſt contractus mutui vſurarij, velati ſub nomine cambij.

Circa hanc materiam multa ab his regulis iudicari poſſent, ſed doctrina moralis (vt ait Philoſophus) parum iuuat in uniuerſali, niſi deueniatur poſtea ad particularia, quapropter, ut magis clarificemus negocium, examinabimus per omnes ſuas ſpecies modum, qui tenetur in hoc genere Cambiorum, & quod Sacri Doctores ſentiunt, dicemus, iuſtos approbantes, & reos, ac fallaces condemnantes, ne à negotiatoribus conſcientiam timentibus, erretur, ſed pro ijs, qui facere volunt ſuo arbitratu, inducti auiditate lucri, nolentes intelligere doctrinam, nec rationem, nos fruſtra ſcribimus, vel etiam tot alij Doctores, ac Pares venerandi ſcripſerunt. 14

15 *Prima ſpecies cambij - ſiue eſt verũ cambium.*

Prima ſpecies fit hoc modo: Petrus indigens Neapoli mille aureis, petit eos à Campſore, uel à quolibet Mercatore, cum pacto, vt illos ſoluere faciat Lugduni, aut Viſunzoni, aut ſaltem Venetijs, prout curret cambium per hæc loca in platea, tempore quo celebratur contractus, quos realiter ei ſoluere facit tempore debito cum lucro, & quandoque cum damno Mercatoris, prout currit in foro, aut paciſcitur communiter inter Mercatores. Hoc cambium eſt uerum cambium, quoniam habet omnes rationes, quos uerum cambium per litteras habere debet: nam omnibus in rebus obſeruandus eſt quidam ordo & modus conueniens.

Occaſiones reperiendi nundinas.

Cum igitur Campſores, ac Mercatores communiter negociantes, prouideãt de rebus neceſſariis bono publico, & priuato, per totũ annũ, conueniens fuit, quòd eo fine pro omnium commoditate iuſtè dare poſſent ad cambium, permutãdo ſuas pecunias per totum annum quibuſdam temporibus, & locis determinatis, & aptis ad talia negocia.

Quattuor nũdinæ principales ſecundũ quattuor anni tẽpora.

Hinc fit, quòd ſecundum quattuor anni tempora, diuiſę ſunt quattuor nundinæ principales in quolibet anno, ſcilicet, in Paſchate Reſurrectionis, in Pentecoſte, in Auguſto, & in celebratione omnium Sanctorum, uariando tempora paulo ante, & paulo poſt, per omnia Regna, & Regiones in quibus nundinis tempus ſtatutum, & præfixum eſt, ut appodiſſæ, & litteræ cambiorum ſoluantur, ita ut concluſis appodiſſis præcedentium nundinarum, & antequam concludantur litteræ cãbii ſequentium nundinarum, unicuique licet dare, & accipere pecunias ad cambium, per ſequentes nundinas tantum, quæ immediate ſequentur, & non vlterius, ut infrà intelligetis. Et ut conſuetudo, & ſtatutum harum nundinarum, & rerum, quæ in illis realiter aguntur, & ſint ſtabilia, & firma in iudicio, & extra, ut cõuenit, neceſſe fuit, illa ordinare, & approbare pro communi conſenſu & ſententia omnium, & non pro affectione nonnullorum, cum certa ſcientia, & non propter errorem, & etiam addita Principum auctoritate per omnia Regna, & Regiones, & hoc modo talis cõſuetudo vim legis habet, vt habetur in cap. Conſuetudo diſt. 1. Itaque quidquid iuſtè agitur in his nundinis, ita inſtitutis, & ordinatis, firmum, & ſtabile habendum eſt per omnes Regiones, in iuditio, & extra, ceſſantes tamen omni fraude, ut paſſim videbitis, diſcurrendo per omnes ſpecies. Hinc omnes Doctores, qui verba fecerunt, & faciunt de hac materia, colligunt diffinitionem veri cambii realis, per litteras, dicentes: Cambiũ eſt quædam permutatio pecuniæ de vno genere in aliud, de vno loco in aliũ, faciendo litteras in vno loco, & mittendo il-

Diffinitio veri cambij.

las in alium, vbi per eas aſſignandum eſt aliud pecuniæ genus. Itaque cum hæc prima ſpecies cambij habeat in ſe omnes iſtas conditiones, verum cambiū dici poteſt. Quod confirmatur cum alia ratione. Si Petrus habens Mediolani centum ſcuta, aſſignando ea Campſori ut ſuis litteris ſoluere faciat ei Tomæ æquiualens, in eadem, vel alia ſpecię pecunię, exercet verum cambium per litteras ſecundum opinionem omnium Doctorum; potius igitur erit verum, & reale cambium per litteras illud Lugduni, Veſuntioni, & Venetiarum, quod celebrabitur Neapoli, poſtquam in ipſo reperitur maior varietas pecuniæ, & extraneitas Regnorum: Quorſum autem id probo? cum non ſolum a Doctoribus, verū etiam à Summo Pontifice approbatur, vt videbitis in Bulla Pii V. Verum eſt, qđ hic præſupponendum eſt, quod id, qđ fit à Mercatoribus; dum cōgregantur in platea, fit ſine fraude; fraus eſſet, qñ ii, qui conſtituerunt facere cōuentionem, & pretium cambiorum cum monopolis, aut colluſionibus, aut ſimili alia ingenii perſpicacia, propter aliquod eorū propriū intereſſe, hoc eſt, cum plurimum pecuniæ ſint diſtracturi, augerent notabiliter pretia plus iuſto aut cum pecuniam ſumere indigerent, illa diminuerent, eo quòd hi tales hoc modo non obſeruant æqualitatem iuſtitiæ, ſed potiùs eam corrumpunt: vnde ſecundum doctrinam Theologorum, & Canoniſtarum, tenentur ad omnia dāna, quæ ex hoc oriuntur Et ſi qua res, ad quod tenebitur tradens ſuam pecuniam ad cambium, negociat bona fide, id neſciens, ſed credens, quod pretiū, & taxa cambiorum iuſtū ſit ſolito? Dico, excuſabitur, donec perſeuerat illa ſua bona fides; ſed ſtatim atque de hoc certus erit, reducendus eſt contractus, ad iuſtum, prout iudicari poterit, quod pretium Mercatorum cucuriſſet, ſine tali malitia commiſſa. Iniuſtitia eſſet etiam dum Mercator, aut Campſor vellet dare ſuam pecuniam ad cambium per Lugdunum, Veſuntionem, aut Venetias, cum maiori lucro, quam taxatum eſt à congregatione Mercatorum, ſub excuſatione, quod taxa diminuitur à iuſto pretio, propter colluſionem Mercatorum, cum hoc ignoretur, aut ſtare nollet communi pretio congregationis, ſed vellet dare ſuam pecuniam ad cambium pretio rupto (vt aiunt) & hoc cum notabili damno accipientis pecuniam ad cambium, qui non inueniens Mercatorē tradentem ei ad cambiū pretio currenti, & conuenienti, neceſſitate oppreſſus prouidendi cauſa ſuis caſibus, facit, vt poteſt, & ipſi hoc cognoſcentes, eos opprimunt, dicendo, tantum dare volo pro quolibet ſcuto Lugduni, & non magis, ſi tibi placet: itaque tenebitur reſtituere illud plus: quoniam iuſta tractatio eſſe debet, cum communi vtilitate contrahentium, vt ait lex, & etiam Philoſophus 7. Polit.

Fraus cambiorum faciendo conuentionē.

Dubium.

Iniuſtitia in cambijs.

16 Secunda ſpecies erit hoc modo: Petrus quærit centum aureos Neapoli à Cāpſore; quos ipſi promittit ſoluere facere Mediolani cum tanto augmento pro centenario, vt conuenient, eo quod Neapoli non fit congregatio per Mediolanum. Diuus Antoninus 3. par. tit. 8. cap. 3. ait, quod hic contractus eſt abſolutè vſura, Campſor enim, qui tradit pecuniam, lucratur tantum pro centenario, mutuandi cauſa ſuam pecuniam in menſem, aut ſimile, & quamuis cambium vocent, verum eſt, quòd illos centum aureos mutuo accipit à Campſore, propter ſua neceſſaria, cum non habeat Mediolani pecuniam, vt Neapolim eam reducat, nec merces, vt eas vendat.

Secunda ſpecies cambij.

Sed vt hęc philoſophia intelligatur, notandum, ac bene aduertendum eſt, quod omne genus cambii reduci poteſt ad aliquam ſpeciem contractus, vt ait enim Baldus in l. ſecunda in principio, num ſecūdo, verſiculo, Item cambia, C. de vſuris. Cambium eſt contractus ſeparatus ab aliis; itaque prout cōtractus erit licitus, & illicitus, ſic iudicari poterit de cambio, & ideo Sylueſt. in Verbo, vſura. 4. §. 8. diſtinguit, & ait: hoc cambiū appellari non poteſt locatio laboris, faſtidio-

Nota omne genus cambij reduci poteſt ad aliquam ſpeciē cōtractus.

Digitized by Google

faſtidiorum,& induſtriæ Mercatoris,aut ſimilis, ut pecuniã transferat,aut trãsferre faciat Neapoli,Mediolanum,ut in ſecundo genere cambiorum,quare lucrari debeat illud tantum pro centenario: eo quòd Campſor nil agit de his rebus,ſed potius Petrus lucrari deberet pro tali effectu.

Nec minus dici poterit permutatio propria,eo quòd oportet, ut etiam pecunia,quæ ſoluenda eſt Mediolani,eſſet realiter in eſſe,ſicut illa,quæ ſoluitur Neapoli,ut dictum eſt ſupra,& cum ita ſit,permutatio eſſe debet æqualis,hoc eſt permutare centum pro alijs centum,unde illud plus lucrari non poſſet,aut igitur erit mutuum pro tanto tempore,& hoc modo clarum eſt, quod non poteſt plus accipi,quam tradit; præterquam in uno caſu , quando Campſor propter illud mutuare ad inſtantiam Petri, eum rogantis,pateretur aliquod intereſſe, de quo ſupra:aut erit emptio,ut communiter fieri ſolet. & etiam affirmat Laurentius Rodul.in tractatu de cambiis in fine , & tunc aliquid iuſtè lucrari poteſt,eo quòd regulariter,ut dictum eſt ſupra,plus ualēt Neapoli centum aurei,& domi præſentes,quam Mediolani,& abſentes ducenta milliaria,& quãto magis ſunt abſentes,tanto minus ualent,quia magis currit expēſa,& labor, ad trãsferēdos illos:& pecunia in tali caſu nõ habetur ut pecunia,quoad uſum ſuum principalem,ſed ut res venalis,ſubiecta tali periculo,& faſtidio,unde ſicut pecunia in manu improbi debitoris emi poteſt minus quam ualet abſolutè,propter difficultatē,quæ currit ad exigēdum illam,ut dictum eſt ſupra,ſic in caſu noſtro,pecunia abſens,poſita in talibus periculis,& faſtidijs , minus emi poteſt,quapropter Campſor pluris æſtimat nonaginta quinque aureos Neapoli,ubi manet,quam centum Mediolani,itaque hoc reſpectu iuſtè lucrari poteſt illos quinque in tali cambio. Et quamuis Petrus non habeat pecuniam Mediolani,ut eam redire faciat,aut merces in eſſe,ut eas uendat,ſufficit,ut aliquo modo illic habeat,& realiter illam ſoluere faciat Campſori,quemadmodum enim fructus in herba emi poſſunt, ſic etiam pecuniæ abſentes in ſpe, quæ exigendæ, & accipiendæ ſunt mutuo , & ſimilia. Et ſi tamen dices; Campſor mittere debebat has pecunias Mediolanum propter alia ſua neceſſaria,aut habet commoditatem iterum reducendi illas Neapolim cum lucro , ut accidere ſolet,cambiendo modo ſupradicto in ſecundo cambio reali,hoc nõ obſtat, eo quod cum non ſit res eſſentialis dicto negocio , conſideratur ut res accidentaria , quę oritur ex conditione Campſoris, & Mercatoris,qui manet ſuper dictis , ſimilibuſque negocijs , quapropter ſicut in ſecundo genere cambiorum realium dicitur cambium eſſe iuſtum, reſpectu, quod adhibiturus eſt diligentiam,mittendo,& transferendo pecuniam de uno loco,in alium, & tamen nil aliud agit,quam ſolas litteras mittere,quibus à ſuo factore illam ſoluere facit, & hoc eſſe licitum, propter conditionem Mercatoris , permanentis ſupra hæc negocia; poſtquam nemo de ſuo beneficium in aliquem conferre tenetur, ut etiam Diuus Antoninus affirmat in prædicto loco , & Diuus Paulus. 1. Corinth. capitulo ſexto.Nemo ſuis expenſis militare tenetur, ſic in hoc tertio genere cambii adhibenda eſt eadem diligentia ducendo illinc huc pecuniam, quamuis eueniat , ut cum lucro redeat , ſicut euenire ſolet , dare mihi remittendus erat meus equus domum meis expenſis,repetio,qui ducit eum domum cum meo augmento, illum ei locans , nec condemnanda eſt hæc induſtria , ut res inuenta in fraudem vſuræ, reſpectu , quòd tota intentio manet , lucrando cum pecunis , abſque quòd miſceat illam in rebus alienis , ars enim Campſoria abſolutè conſiderata , & debito fine ordinata eſt iuſta , iudicio ſapientis , & utilis Reipubl. propter commoditatem Populi , quæ ars habet pro ſuo principali inſtrumento pecuniam , quoad uſum ſecundarium , ut toties dixi.

Replicatio.

Ars campſoria abſolutè cõſiderata eſt iuſta.

Dixi(abſolutè conſiderata, & debito fine ordinata) nam nonnullæ circunſtantiæ illam reddere poſſunt uitioſam,ut paſſim audietis.

Et primo,quo ad ſecundam hanc ſpeciem interuenire poteſt iniuſtitia,dum pecunia abſens emeretur minus iuſto pretio, & ultra communem æſtimationem,& conſuetudinem, poſtquam propria contrahentium paſſio eos decipere poſſet.

Iuſtitia pretij in cambijs.

Iuſtitia pretij in hoc contractu pendet ex diſtantia loci,& non ſolius temporis;nam quanto magis locus,ubi pecunia eſt ſoluenda,abeſt,tãto minus ualet propter faſtidia,quæ affert,ut audiſtis.

Dixi(& nõ ſolius temporis)quamuis enim locus,ubi pecunia exigitur,quo magis abſit,eo longius tempus currit,id oritur ex diſtantia dicti loci,ſed ſi Cãpſor ſoluens pecuniam Petro,daret longius tempus ad ſoluendum, quã requirit miſſio litterarum,& illud modicum plus temporis, quod dari ſolet uſui currenti per decem dies,aut plus,aut minus,ſecundum conſuetudinem Regionis, & uoluntatem congregationum,ubi fiunt cambia,ut debitor commodè ſoluere poſſit,hinc inde pecuniã colligens,aut ita conueniret,ſi Mediolani ab hinc menſem mihi eam ſoluere facies, contentus ſum lucrari tecum tres pro centenario,ſi autem duos menſes ad ſoluendum cupies,uolo de illa quinque pro cẽtenario, tunc ſolum tempus conſideraretur, quo iſte lucrari uellet, quod eſſet uſura,ut ſupra definitum eſt. Quomodo erunt cognoſcendi hi,& ſimiles contractus,quando ſunt de mutuo,& quando de emptione?Ex uerbis,quæ ponuntur in contractu, ait Syluester in ſupradicto loco, id autem iuuaret in iudicio exteriori, ubi Legiſtæ ſæpius trahunt omnia, eo quod iudicant ſecundum faciem, nec fraus ſemper detegi poteſt hac uia; Notarii enim propter timorem adeo contractus accommodant, ut ſecundum formam appareant liciti, & intus erit malitia, & ideo dico cum ſacris Theologis hoc eſſe cognoſcendum ex intentione contrahentium, hoc eſt, Petrus accipiens pecuniamad cambium, cõtentus eſt amittere aliquid,ut maori tẽpore utatur pecunia,& Campſor,lucrandi cauſa magis cum illo contentus eſt differre terminum plus ſolito,quod genus contrahendi eſſet ſimile illi contractui, in quo cauſa anticipandę ſolutionis, res emitur minus iuſto, in fraudem uſuræ, & hoc aduertendum eſt à Confeſſarijs,nam ultra quod res à ſeipſo eſt mala, fuit etiam prohibita à Pio V.ut uidebitis in eius Bulla.

Tertia ſpecies.

Tertia ſpecies ſic currit.Petrus indigens pecunia,accipit eam ad cambium à Mercatore per tales nundinas, ubi poſtea ſoluet aliquid plus pro centenario, prout conuenient, poſtquam per illas tales nundinas non fit pretium, ut per nũdinas Lugduni,Antuerpię,Meſſinæ,& ſimiles.Hic contractus emptio,ac etiam permutatio eſſe poteſt,& hinc eius iuſtitia cognoſcetur.

Nota pro tẽpore quod currit inter dãdam & accipiendam pecuniam.

Et pro meliori intelligentia notabis, quòd tempus, quod currit inter dandam,& accipiendam pecumiam,poteſt etiam tripliciter conſiderari.

Primo, propter diſtantiam loci, ut ſupra dixi, nam pecunia, quæ ſoluitur Genuę ad cambium per Lugdunum, requirit longius tempus, ut ſoluãtur, quam in alio loco Italię,& ſimili.

Secundo,propter uarietatem rerum,quæ currere ſolent inter dictum tempus unde aſſiduè euenit, in principio temporis nundinarum dantur pecunię ad cambium uno pretio,in medio temporis alio pretio,& in fine,idest ſub nundinis,alio pretio.

Tertio,tempus conſiderari poteſt reſpectu eiuſdem temporis proprij,quando pecunia eſt otioſa, & ſine utilitate in manu Campſoris, & forſitan in manu aliorũ eſſet cum utilitate,& fructu. Facta hac animaduerſione, dicimus, quòd quandoque pecunia quæ ſoluitur, erit diuerſa ab illa,quæ poſtea accipitur in

nundinis;

Digitized by Google

nūdinis; vt euenire ſolet Hiſpalis,quādo datur p nundinas Antuerpiæ;vbi dantur marauedi,& accipiuntur groſſa,aut Neapoli per Nundinas Lugduni, vbi dantur ducati carlenorum,pro tot ſcutis ſolis, & ſimilia, quæ exempla induco pro maiori facilitate,vt intelligar; & tunc contractus uocabitur, quædam permutatio, vel ut melius dicam contractus nominatus, hoc eſt, ego trado hic tibi hanc pecuniam,tuque tradis mihi eam illic, & hoc modo illud plus,quod lucratur in pecunia erit iuſtum, modo ut currat ſecundum communem æſtimationem inter Mercatoris. Quandoque accipitur in nundinis eadem pecunia,quæ ſoluta eſt, aut æquiualens; ſed accipitur aliquid pluris, quod non eſt ſolutum,vt euenire ſolet Florentiæ,quando cambiuntur per Venetias ſcuta aurea, pro ſcutis aureis, cum aliquo augmento pro ſcuto, aut Neapoli per Venetias,vbi cambiuntur tot pro centenario,& ſimile;ideo illud plus eſſe poteſt parum,aut ſatis reſpectu temporis longioris, aut minus longi, quod curret inter dandum, & accipiendum. Sic igitur lucrum venerit propter diſtantiam tēporis,reſpectu diſtantię loci, ut dixi in prima conſideratione, contractus erit emptionis, & iuſtus: modone ſit læſio notabilis in æſtimanda pecunia diſtanti, & abſenti, vt ſupra retuli: ſi lucrum venerit ex diſtantia temporis, propter rerum varietatē,quæ in dicto tempore occurrere ſolent; etiam erit iuſtum, eo ꝙ qui tradit ſuam pecuniam ad cambium in principio, magis lucratur, quam illam tradere in medio,aut in fine; nam in principio temporis nundinarum regulariter reperiuntur plures pecuniæ venales,quam in medio,aut in fine, ideſt ſub nundinis,qui enim accipiunt ad cambium, propterea ſumunt,vel propter neceſſitatem,quam habent pecunię,mutuo non inuenientes,vnde eo tpe vtentes,minus damni patiuntur, ſoluendo cambium,quæ vltra dantur,aut aliquod intereſſe; vel hoc faciunt, volentes illam negociari uſque ad tempus ſolutionis; quo tempore lucrari poterunt plus cambio, quod ſoluunt; quod facere minime poſſent, niſi acciperet illam ad cambia ante tempus; itaque his, ſimilibuſque rationibus reperiuntur plures homines, accipientes ad cambium in principio temporis nundinarum,quam in medio,aut in fine; quapropter pecunia valet vilius in dicto principio,& ita Campſor, & Mercator magis lucrifaciunt,non reſpectu temporis longioris, ſed propter copiam accipientium ad cambium, qua de re ipſimet propter commoditatem propriam faciunt conuentiones craſſiores pro Campſore,intelligentes ſemper,quòd pretium ſit iuſtum,reſpicientes,quod dixi,& non tempus tantummodo.

Sed huius negocij difficultas in hoc ſita eſt;ſ.ſunt multi Mercatores, conſiderantes hanc temporum varietatum, libenter tradunt ſuam pecuniam ad cābium in principio temporis per tales nundinas, eo quòd propter copiam pecuniæ, quę venditur, vt dixi, lucrantur, verbi gratia,octo pro centenario, & ita in nundinis multam pecuniam reponunt, quando poſtea tempus dictarum nūdinarum appropinquantur, nolunt plus dare ad cambium, ſed potius ipſi accipiunt ad cambium per dictas nundinas ad rationem quattuor pro centenario, ſoluere facientes dictam pecuniam quam repoſuerunt in nundinis, & ita lucrifaciunt quattuor pro centenario,non diſcedentes domo: & non ſentientes aliquam moleſtiam, faciendo ſimiles cambiorum circulationes; vnde videtur, quòd pro illa ſolutione anticipata,& traditione pecuniæ, lucrantur ſolo tempore,quod non licet. *Difficultas.*

Ad hoc reſpondetur, ſi varietas pretiorum monetarum, & cambiorum venerit tantum ex abundantia, & penuria monetarum, ſublata omni fraude, lucrum erit licitum; nam euenire ſolet contrarium eius, quod dictum eſt; ſcilicet in fine temporis, cum nundinæ appropinquant, reperiri plus copiæ accipientium ad cambium,& valere pecunias minus, quam vale- *Reſponſio.*

bant in principio propter varietatem caſuum, qui in illo medio temporis eue-nire poſſunt.

Quo ad eos poſtea, continuò exercentes has circulationes cambiorum abſque quòd ſuas pecunias in aliis mercium generibus miſcere velint, dicitur cũ Diuo Thom.2.2.q.quòd peccant mortaliter, non propter modum negociandi, qui eſt iuſtus: ſed propter magnum affectum, quem habent, & auiditatem lucrandi, ſine neceſſitatibus victus humani, ſicut requirit eorum ſtatus: ſed cauſa faciendi altos volatus, & ſuperfluitates, ſupra eorum conditionem: quem finem ipſe Sanctus admodum condemnat: vocans eorum lucra (quæſtum) id eſt, lucra infamia cum continuo peccato mortali, poſtquam non negociantur pro beneficio vniuerſali, ad illum finem, ad quem merx fuit inuenta; quamuis hodie hæc induſtria ita exceſſiua, lucrandi hoc modo, non habeatur infamis, propter magnam ſtultorum multitudinem, qui ſequuntur pecuniam, vt ait Eccl.c.10. Pecuniæ obediunt omnia, vnde melius eſſet, vt miſcerent quandoq; ſuas pecunias in mercibus, & in rebus venalibus, quam ſemper eſſe ſuper Cambiis.

Si lucrum venerit reſpectu temporis ſolius, erit iniuſtum; quod euenire poterit, quando Mercatores, dantes ad cambium, propter temporis anticipationẽ, minoris emunt, quod fieret tempore conuenienti; vt poſtea illas accipiant in debitis nundinis: & quamuis non ſit copia accipientium ad cambium, tamen ipſi ponuntur in hoc puncto, dicentes, ſi illas nunc vultis, vt ſoluatis in nundinis, tantum de illis volo pro centenario, ſi propius tempore nundinarum illas accipietis, contentus ero minoris, itaque in hoc contractu committitur iniuſtitia, & vſura. Iniuſtitia, eo quòd emunt rem minoris, quam valet, cauſa anticipandæ ſolutionis, vt accidere ſolet emẽtibus res venales futuras, & fructus in herba pretio facto, & taxato infimo, eo quòd ſoluunt ante tempus pecuniam, contra iuſtitiam commutatiuam, ut ait D.Tho.2.2. & ſupra notaui in tractatu vſurę circa emptionem, & venditionem.

Committitur etiam vſura, eo quòd vult uendere illud parum temporis anticipati, quando ſoluit ſuam pecuniam otioſam, non expoſitam ad alium finẽ, agens tantum augmentum ſuum, contra doctrinam Philoſophi in 5.Eth. vbi dicitur, quòd emptio, & vẽditio facienda ſunt beneficio ambarum partium, hoc eſt emptoris, & uenditoris.

Nec ſatis eſt dicere, illi gratificor, faciendo, vt utatur meis pecuniis, non enim gratificatur, illas ei uendendo contra doctrinam Chriſti, Lucæ c.6. qui ait, mutuum date, nihil inde ſperantes. Dixi (pecuniam otioſam) eo quòd ſi per illud dare ante tempus, ceſſaret ab illo lucro, poſtquam conſtituerat eas miſcere in alia merce; tunc ratione ſui intereſſe illud facere poſſet: tamen a principio taxari non poſſet; nam ultra quòd debetur, Pius V. prohibuit, ut in eius Bulla uidebitis.

Vt igitur pecunia detur ad cambium, ſine peccato, ratio non habenda eſt ad longum tempus; aut breue abſolutè, ſed ad inſtantiam loci, & æſtimationem pecuniæ, quę currit, ſecundũ cõem opinionẽ, & arbitriũ prudentũ, ſine fraude.

Et qui negociabitur ſecundum affectionem, & paſſionem propriam, animam ſuam decipiet, cum obligatione reſtituendi illud plus. Et denique quidquid dictum eſt in capitu. Vſuræ, circa emptionem, & uenditionem, facit ad hoc propoſitum poſt quam tale genus cambiendi, eſt quędam emptio, & uenditio, ut dixi.

18 *Dubium.* Hic ſit dubium, erit ne licitum cambire de Ciuitate ad omnes alias, ubi uoler Campſor, & etiam inter Ciuitates, ita proximas, ut diſtantes?

Reſpõdetur, & quo ad primam partem dubij dico, quòd per Ciuitates cambire non

re non licet, ubi non ſit correſpondentia, neque inter Mercatores, communiter illic pecuniam reponere, & reſumere licitum eſt, eo quòd in dictis locis non ſunt illæ rationes, quæ faciunt cambium eſſe licitum abſolutè.

Quo ad ſecundam partē dico; Quamuis cambiri poſſit inter Ciuitates, quæ ſunt intra idem Regnum ut fieri ſolet in Regno Neapolis, & in Hiſpania, tamen oportet, ut Ciuitas, vbi fiunt litteræ, & aſſignantur pecuniæ, diſtet ab illa, ubi ſunt ſoluendę, eo quòd ſi eſſent proximę intra Prouinciam, uel ſimile, non liceret: cuius rei ratio eſt iſta.

Campſor ſecundi generis cambiorum; ſcilicet, qui acciperet pecuniam in vno loco, vt eam alibi ſoluere faceret, tantum lucri pro centenario ſumere poteſt, propter laborem, faſtidium, ſuam induſtriam, & pericula, quæ currunt, vt transferre faciat pecuniam de vno loco in alium; vt dictum eſt ſupra: ſi quis autem aſſignaret Neapoli centum aureos, & eos vellet Salerni, eſſet iniuſtiti. ſumere cambium ab illo, propter hanc paruam loci diſtantiam, vbi nihil currit de prędictis rebus, niſi, ait Sotus lib. 6. de iuſt & iur. qō. 13. art. 1. ſi realiter ſine nulla fictione eſſet aliquod periculū latronum, aut aliud faſtidium, inter illam paucam diſtantiam, aut adduceret ſe in aliquod diſcrimen, cauſa faciendi dicta cambia, tunc liceret accipere aliquid parum lucri, ſecundum quantitatem faſtidij, aut periculi, quod erit, vicinitate loci conſiderata.

Et ſi eſſet cambium tertij generis, vt ſit in prædicta tertia ſpecie, iam ſciris, quòd ideo licet, eo quòd emitur pecunia, quæ propter illam abſentiam valet minus, quàm præſens, ſed ſi cambium fieret intra loco uicina, quæri non poteſt lucrum bona conſciencia, pauca enim illa diſtantia loci, aut parum, aut nihil differentiæ facit, ut pecunia non iudicetur vt præſens, & conſequenter eiuſdem pretij, itaque non emi poſſet minus pretio legali, vt eſſet in locis diſtantibus, & ideo dico, quòd ſumere lucrum ab his cambiis vicinis, eſſet illicitum, quoniam potius cambium de tempore, in tempus vocaretur, quàm de loco, in locum, hoc eſt, Mercator lucraretur ratione temporis ſolius, & non diſtantia loci, quæ facit pretia monetarum uaria, ex quo cambia reperta ſunt; & vbi lucratur ſolo tempore, eſt vſura, vt toties audiſtis, itaque ſi quis quæreret à quodam Mercatore in nundinis Salernitanis centum aureos, eo quòd reſtituere faceret illos ei Neapoli cum lucro vnius aurei cum dimidio pro centenario, quis mentis compos non iudicabit hoc non eſſe licitum? quoniam illud lucrum accipitur tantum ratione temporis, quo vtitur, alia enim ratio eſſe non poteſt, præterquam ſi Mercator hoc quæreret ratione alicuius intereſſe; nam ubi ineſt intereſſe, ceſſat omnis ſcrupulus, ſed difficultas eſt in liquidando verum intereſſe, vt dictum eſt, tractando de vſura.

Dæmon cum ſit ſenex, ſcit multa: vnde magno quidem artificio hominē ad damnationem ducit. Et quia uidet, quòd omnes homines ſequuntur pecunias, ut ait Eccl. cap. 10. Pecuniæ obediunt omnia. In hoc magis, quam in re alia ſuum ſtudium facit. Illos tamen, qui in pecuniis finem ſuum poſuerunt, eligendo eas pro ſuo Deo, nullam difficultatem patitur, ut ad vſuram committendam inducat, quoniam cum conſcientiam pręter miſerunt, Dei timorem, ac mundi honorem amiſerunt, ut lupanarius meretrices, itaq; ſuis perſuaſionibus non reſiſtunt; eos autem, qui ſunt magis timorati, maiori arte, & ingenio utitur, vt decipiat, perſuadens illis multa illicita, ſub ſpecie iuſtitię, & rationis, quibus homo facile conſentit, propter inclinationem, quam habet lucrandi, & theſaurizandi, quapropter inuenit nouum modum cambij moderni, incognitum ab antiquis Doctoribus, qui de hoc verba fecerunt. 19 *Aſtutia dæmonis in decipiendo mercatores.*

Hic eſt modus: ſunt nonnulli, qui habent magnam pecuniarū quantitatem,

quas

Digitized by Google

quas mercari nolunt, aut ne ſumant illud faſtidium, aut ne adducant illas in diſcrimen, nec emere volunt poſſeſſiones, aut redditus perpetuos; eo quòd non ſunt contenti illa pauca vtilitate, vel ſimili, eunt per nundinas, non vt aliter emant, ſed ut mutuent indigentibus pecuniis, & ſolo tpe ita lucrantur, vt breui fiant diuites: Et ſi quis id exercitij facere non poteſt, tradit ſuas pecunias, ſocietatem facientibus, conueniendo de aliquo lucro, aut determinato, aut indeterminato, & quia ſimilia negotia multipliciter fiunt, de omnibus per ordinem dicemus, ſequēdo alias ſpecies, quæ prorſus ſunt illicitæ, ſeruando tamen, quā fieri poſſit illas, quæ ſeruari poſſunt, bona negociatoris intentione.

Quarta ſpecies cambij.

20 Quarta ſpecies cambiendi fit hoc modo: ſunt nonnulli, qui habent pecuniarum quantitatem, nolunt miſcere illas in mercibus, nec in redditibus perpetuis; ſed eunt per nundinas, eas dando ad cambium de unis nundinis, in alias, hoc modo, verbi gratia, Mercator ſe contulit ad nundinas Lanzani menſe Iunij cum magna pecuniarum quantitate, non vt aliquid emat, ſed vt det illas ad cambium; inuenit Petrum, Lutium, & nonnullos alios, pecuniis indigentes, propter ſuas neceſsitates, illis tradit ſuas pecunias ad cambium per alias nundinas Septemb. cum aliquo augmento, vt conuenient: aduenient. b. dictis nundinis Septembris, ſe ad nundinas confert, vt exigat ſuas pecunias cum lucro; & iterum tradit illas per nundinas Nuceriæ menſe Nouembris, & ſi Petrus ſoluere non poteſt, contractum renouat ſupra capitale, & lucrum cum aliquo alio augmento, iterum tradit eas per alias nundinas Quadrageſimæ, & inde iterum tradit per nundinas Venetiarum, in Aſcenſione, & exactis illis Venetiis, aut per ſe, aut per ſuos factores, iterum tradit per nundinas Lugduni menſe Octobris, & inde iterum eas tradit per nundinas Hiſpaniæ vlterioris, quod de iſtis dico, intelligitur de omnibus aliis nundinis Italiæ, & extra Italiam, & vbi non ſunt nundinæ, dant ſuas pecunias per primos terminos, contractum renouando de termino in terminum, vel cum iiſdem, vel cum aliis, & ita renouando cambia ſemper cum aliquo lucro determinato, aut determinando à deputatis ad hoc, & ita augent ſuas pecunias, & breui fiunt diuites, ſine eo ꝙ ſe implicent in aliis periculis. Et vt intelligatur, quantum iſtud cambium ſit iuſtum, memorandum eſt, quod dictum fuit in principio, hoc eſt, quòd pecunia valere poteſt plus, aut minus, octo rationibus. Primo propter metalli diuerſitatem. Secundo propter eiuſdem metalli diuerſitatem, ac bonitatem. Tertio propter locorum diuerſitatem. Quarto propter temporis diuerſitatem. Quinto propter abſentiam, aut præſentiam. Sexto propter formę, ſeu ponderis diuerſitatem. Septimo cum ſit reprobata, aut omnino, aut ex parte, magis in uno loco, quàm in alio. Octauo, & vltimo propter copiam, & inopiam pecuniarum.

Pecunia poteſt valere plus vel minus octo rationibus.

Quo ad primam, & ſecundam rationem, clarum eſt, quòd iuſtè lucrari non poteſt in ſimilibus cambiis, quamuis enim accipiat aliud metallum, quod tradit, tamen accipit eundem valorem, nec etiam quoad tertiam, quartam, & quintam, eo quòd conferendo ſe per omnes nundinas, ſuæ pecuniæ ęſtimantur ſecundum eandem rationem in omni loco, itaque quod ſupra diximus in aliis ſpeciebus, non eſt in eius fauorē. Poſſunt igitur eſſe iuſta hęc, & ſimilia cambia; vt ait quoque Nauar. cap. 17. in materia cambiorum littera M. aut propter diuerſitatem, & pondus pecuniæ, quę in diuerſis nundinis variè currit, quare valere poteſt plus, aut minus, quòd eſt ſexta ratio, aut cum reprobata ſit omnino, aut ex parte, magis in vno loco, quàm in alio; quòd eſt ſeptima ratio, aut denique propter copiam, & inopiam pecuniæ, prout fuerit in dictis nundinis, vt ſupra verba fecimus, quòd eſt octaua ratio, & ad hunc vltimum modum quandoque cambiendo, lucrifaciet, & quandoque amittet, ſi autem cambiendo hoc

do hoc

Digitized by Google

do hoc modo ſemper lucrari uolet, non erit ſine intentione corrupta, quoniam lucrari vult ſine labore,& periculo, contra pręceptum Dei, homini dicentis. In ſudore vultus tui ueſceris pane tuo.

Quo autẽ modo utũtur in Hiſpania,eſt inhoneſtiſſimus, ſunt enim nõnulli impudentes uſurarii, euntes per nundinas,& Ciuitates cũ ſuis arcis, pecuniis,& libris, menſam ponentes nomine Campſoris in platea, cum non ſint, quoniam ut ſupra diximus, & aiunt omnes Doctores de tali materia ſcribentes,quod non interueniunt,niſi tria genera Campſorum, & cambiorum: hæc non ſunt de genere primi cambii ad minutum, eo quòd ſi ad eorum menſam ibitis ut ſcutum cambiatis pro tot marauedis, iraſcũtur, illud pro iniuria tenentes,moleſtè ferentes,ac grauitatem imitantes,tamque uiles ſe non eſſe iudicantes, ſed quòd cambia non ſint realia per litteras,modus,quem illi tenẽt, declarat,in nundinis enim tradunt ſuas pecunias indigentibus,ex arca,& illas notant in libro,ſine eo quòd fiat chirographũ,nec mittitur ad eorum factores, eo quod nõ tenent factores, nec reſponſores in aliis locis, aut nundinis, ſed ipſimet illas accipiunt in aliis nundinis,& cum lucro in arca reponunt, & ſemper lucrifaciunt, & delent eos de libro,itaque ipſimet, eodem libro, ſine alio medio ſuas rationes finiunt, & cum multas pecunias, negociandi cauſa non habeant,à Dominis eas accipiunt ad rationem ſex,uel ſeptem pro centenario, & poſteà illas tradunt ad rationem duodecim, & ita utrique committunt uſuram.

Modus quidã cambiendi in Hiſpania.

Hinc fit, quòd cùm nullatenus tractent de tribus generibus cambiorũ ſupradictorum, ut etiam ipſi dicunt,non merenẽ nomen Campſorum,ſed uſurariorum,ne ueram,atque iuſtam realium Campſorum artem iniuria afficiam.

Vtuntur alia optima practica,ſcilicet, dum Mercatores perueniunt ad nundinas cum copia pecuniarum,emendi cauſa merces,ſtatim ut perueniunt, reponunt eas in manu dictorum vſurariorum, qui ut dicti Mercatores libenter ueniant,ad eas reponendas, largiuntur illis vnum,& medium pro centenario, ecce prima uſura,quam dicti Mercatores committunt cum uſurariis, eo quòd apud eos pecunias ſuas deponunt, poſtea ementes merces, quibus indigent, faciunt litteras uendẽti ſibi bona, quæ ſoluantur ei ab ipſo uſurario,qui tenet menſam in nundinis, & ille accipiens litteras aufert ei tres pro centenario, & ait,ꝙ id lucratur, propter laborem pecunię numerandæ, eique inſeruiendi, ut expediat,& dandæ illius pecuniæ,quã deſiderat,& ille,ut expediatur,& ut bonam pecuniam habeat,contentus eſt contra liberam uoluntatem;uidete,ſi tam paruus labor mereatur tãtum lucrũ, ut ſint illud diuiſuri cum eo,qui pecunias apud illos depoſuit. Committunt multas alias uſuras,& extorſiones,quę cum ſint manifeſtę, non conſumam tempus, illas condemnando, ſed tantum reprobabo falſitatem,& fraudem illorum cambiorum ſimulatorum, & coopertorum, quę fiunt in Italia ſub nomine cambii ueri, ſiue ſit propter nunnullorum ignorantiam,qui faciunt,ut facere uident, ſiue propter hominum cupidorum lucri, malitiam.

Quinta ſpecies cambiorum fit hoc alio modo: Mercator, ſeu Campſor tradit hodie Petro pro primis nundinis Lugduni, quæ erunt in Pentecoſte, mille aureos,cum aliquo augmento pacto,& ſi eos tenere uolet,uſque ad alias nundinas Octobris, ut ſoluat aliquid plus, & ſi eos transferre uolet ad alias nundinas, ſoluat etiam aliquid plus, & ita de nundinis,ad nundinas cambium augent,& quod dico de nundinis, intelligi etiam poteſt de aliis locis, ubi non fiunt nundinæ, ſed dantur pecuniæ per primum terminum, qui currit propter loci diſtantiam, aut Ciuitatis conſuetudinem ſumendi tot dies ad reſpondendum, poſt præſentatas litteras, quas uocant(ad uſum) tempus differendo ad

Quinta ſpecies cambij.

Digitized by Google

do ad ſoluendum de termino ad terminum ſemper cum aliquo augmento.

Nonnulli alij,tempore dandi ad cābium,ve bi gratia,per nundinas Lugduni,quæ ſiunt in Pentecoſte,non tradunt per eas,ſed per ſequentes,quæ menſe Octobris celebrantur, ut magis lucrari poſſint cum accipiente pecuniam ad cambium,ut illa diutius utatur. Alii ſunt peiores,dant ad cambium ſuas pecunias per duas,aut tres nūdinas ſimul,aut per duos, aut tres terminos ſimul vbi nullæ celebrātur nundinæ,ad rationem quattuor, uel quinque pro centenario ſupra capitale. Alii peſſimè faciunt,dant pecunias ad cambium per tot nundinas,per quot ille eas tenere uolet, faciendo ſolas litteras, & poſtea renouant cambium de tempore in tempus, pro ut curret in nundinis, donec ſoluat abſque quòd diſcedat à loco,ubi ſoluta eſt pecunia,& ibi poſtea reſtituitur. Alii ſunt quam peſſimi, eo quòd magis expreſsè committunt uſuram, ut aliqui in Hiſpania uerè ſolēt,dando pecuniam ad cambium per unum terminum, aut per proximas nundinas, cum pacto, ut ſi maturato ſolutionis tempore, non ſatisfaciet,pro ſingulis annis decem, uel duodecim pro centenario ſoluere teneatur,ultra capitale,donec ſatisfaciat toti ſolutioni.Omnes iſti ſunt uſurarii, eo quod lucrari uolunt tempore tantūmodo,non obſeruantes verum modum, qui tenendus eſt in cambijs tertii generis,ut declaratum eſt in prima ſpecie,& idcirco.P.V.eos damnauit,ut in eius Bulla uidebitis.

12 Nonnulli ſimpliciter dant ad cambium per primas nundinas, uerbi gratia, Lāzani,Nocerię,aut Lugduni,& imminēte termino ſoluendi in dictis nundinis,cū debitor nō poſsit ſoluere,terminū ei differūt per alias nundinas,cū pacto,ut ſit ſoluturus ſup capitale,& lucro inde peruento,aliud augmentū,ut cābia current per alias ſequentes nundinas, ſine nouis litteris,nec ut ſe conferat in alias nundinas,ſed eodem in loco renouantur cambia,& ſit ſolutio. Et quia potius hoc modo,quam aliter illis lucrari placet,ſuas pecunias tradere conantur iis,quos ſciunt, & iudicant, quòd propter magnam neceſsitatem quā habent,non ſatisfacient ſtatim ubi ſolutionis tempus aduenerit.

Hic cambiendi modus, non poteſt reduci ad aliud genus contractus, niſi ad mutuum,per quod quærere non licet lucrum, & aliquod utile ratione temporis expectati,ut toties audiſtis. Vt habetur clarius in Decret.c.Conſuluit, & cap.Nauiganti,in Rubrica de Vſuris,& cap.Si fęneraueris,uſque ad finem,14. q.3.Præterquam tunc hæc conuentio iuſtificari poſſet,cum, ne pecuniam ſuo tempore habere poſſet,pateretur intereſſe,aut damni emergentis,aut lucri ceſſantis, quod intereſſe non ſemper occurrit,eo quòd non ſemper reperitur is, qui eam uolet,unde Mercator non eſt certus,quòd,ſtatim ut ſuas pecunias in nundinis exegerit,inuenit eas tradere per alias. Qui autem à principio his conuentionibus utitur,ut dixi in hac quinta ſpecie,non habet talemintētionem, ſed lucrari vult de pecunia ocioſa, propter temporis dilationem tantūmodo, non conferens ſe ad plures nundinas; & ideo hoc cambium condemnatur nō ſolum ab omnibus Doctoribus,ſed etiam expreſsè prohibitum fuit à Pio V.& declaratum pro uſurario,ut inferius uidebitis in eius Bulla.

Nota intētionem Papæ. Sed nota ut etiam notat Nauar. ſuper dicta Bulla,quòd intentio Summi Pōtificis non eſt,ſolutionem non poſſe differri plus primo termino, aut plus primis nundinis,ſi Campſor expectare uolet,ſed ut propter illam temporis dilationem, cambium non magis augendum ſit, quam currere ſolet per proximas nundinas,aut per primum terminum,itaque dilatetur tempus,quantum ei placet,modo ut ſoluatur,prout viſis litteris,ſolui ſolet.

Inſtantia. Mihi dicere poteris Mercator tradit pecunias ſimpliciter Petro per primas nundinas,& aduenięte ſolutionis tempore,ſi Petrus ſolueret,eas traderet Frāciſco ad cambium per alias nundinas,& non ſoluēs,hoc intereſſe illi facit,cur igitur

igitur eidem Petro, vt Franciſco, illas iterum tradere non poterit, ut ſuo intereſſe prouideat? Erit ne melior Franciſci conditio, quam Petri in hoc caſu? Reſpondeo, hoc dubium præpoſitum ſpectat ad quartam ſpeciem ſupradictã; cuius contractus iuſtitia illic agnoſci poterit, ſed in hac quinta ſpecie loquor de iis, qui à principio tractant de pluribus nundinis, paruam habentes intentionem lucrandi, ratione temporis; & ideo homines inuenire indagant, qui pecuniis diu vti indigent, vt cum meliori lucro paciſcantur.

Septima ſpecies eſt omnium peſſima, & fit hoc modo. Petrus indigens quantitate pecuniarum, & non inueniens eam mutuo, ſine vſura, nec cũ vſura, illã quærit ad cambium, ſimulans velle reſpondere alibi; ſed non habet commoditatem, nec pecuniarum, nec amicorum, vt alibi reſpondere poſſit. Mercator id ſciens, propter lucri auiditatem, cum Petro ſe accommodat, eique tradit mille aureos, cum pacto, vt ab hinc menſem eos redditurus ſit eodem in loco, vbi illos accipit, cum tanto augmento, vt conueniẽt, & literas faciunt per talem locum, ſed non mittuntur: & quandoque ne detegatur, & ne proceſſetur de vſura, illud lucrum conuentum ſibi antea dare facit, & deinde contractum, & litteras liberas faciunt; & vt cooperiat negocium, ne à bonis Mercatoribus notetur, quandoque mittit litteras ſuo Factori, vbi ſcit, quòd non ſoluentur: qui Factor adhibet ſuam diligentiam in reperiendo eum, qui reſpondet pro Petro, & cum non inueniatur, facit ſuam proteſtationẽ, & remittit, & quod peius eſt, fidem illic facit, vt currunt cambia in illo loco, & eam remittit, faciens, vt Petrus ſoluat recambium. 11 *Septima ſpecies peſſima.*

Hic cambiendi modus, qm̃ fit ſimulatè, & fictè, vocatur verè cambiũ ſiccũ, ad omnibus condemnatum, & præſertim à Pio V. in dicta Bulla, vt videbitis. *Cambium ſiccum condemnatum.*

Et ſi quæres, cum Mercator, qui tradit pecunias, ignorat, Petrum illic non eſſe reſponſurum, vbi litteræ fiunt, ſed eas habere fingit; vtrum peccet? *Dubium.*

Reſpondeo, ſi Mercator, dum tradit pecunias, dubitat probabiliter, quod Petrus ſoluere non poterit in loco, vbi aſſignantur litteræ, mortaliter peccabit, eo quòd antea certum ſcire, aut ab illo ſe abſtinere tenetur, ne erret, nec periculo ſe offerre debet, vt habetur in Decret. c. Iuuenis de Sponſalibus: ſi autem probabiliter credebat, quod Petrus ſatisfeciſſet, & ſoluere feciſſet litteras in dicto loco, quoniam ad cambium ſepius accipere ſolitus erat, & ſemper ſatisfecit, aut erat diues, & ſimilis, & tunc iuſtè fieri poſſunt proteſtationes, & efficere, vt intereſſe, ſtatim ut fuerit liquidatum, ſoluatur. *Reſponſio.*

Et ſi ſciret Mercator, quòd Petrus non habet in eſſe pecunias in loco, quo litteræ mittentur; ſciet autem, quòd ibi habet amicos, qui pro eo reſpondebunt, aut conſanguineos, qui nonnullos eius redditus colligent, aut bona vendent, aut ſaltem pro Petro verſuram facient, & ſatisfacient litteris; fieri ne ſufficiet hoc cambium ſine ſcrupulo conſcientiæ?

Dico, quòd ſic; aiunt enim Doctores, imprimiſq; Nauar. in loco citato, quòd ſatis eſt Mercatori, vt ſuum contractum iuſtificet; quòd Petrus, quidquid promittit, aut in re, aut in ſpe habeat, quemadmodum enim iuſtè emi poſſunt fructus in herba, partus talis animalis, & aliud ſimile, quod etſi tunc non erit in eſſe, erit tamen in ſpe, ſi dici poterit de hoc cambio, quod non eſt aliud, quam emptio (ut ſupra declaratum eſt) pecuniæ futuræ, quæ quamuis non ſit actualiter tẽpore, quo contractus celebrantur, eſt tamen virtualiter, & in ſpe, & hoc ſatis eſt Mercatori, ementi pecuniam Petri, vt ſuum contractum iuſtificet: modo vt ſint aliæ iuſtæ conditiones, ſupra narratæ, nec Mercator intereſſe conſiderare tenebitur, quod Petrus pati poterit, ſoluendi cauſa litteras, quo mittuntur, niſi contractus ſui iuſtitiam.

Quæritur, quam diligentiam adhibet tertia perſona, in ſoluendo pro Petro, *Dubium.*

vtrum

Digitized by Google

verum idem Mercator minori Petri intereſſe adhibere poterit? Pro huius dubii reſolutione ponitur octaua ſpecies.

24 Quod dictum eſt vſque modo, eſt clarum, quod autem difficultatem affert, propter formam apparentem bonam, eſt hoc, ſcilicet, Petrus non habens commoditatem, nec ſpem reſpondendi in loco, quo litteræ diriguntur propter magnam neceſſitatem, quam habet pecuniæ, dicit Mercatori, fac ut vtar tuis pecuniis ad meā neceſſitatē, & deinde, quomodo tibi libet, agas, Mercator ne hanc bonam lucrandi occaſionem amittat, tenens ſuā pecuniam otioſam, facit hoc modo, ſoluit Neapoli illam pecuniæ quantitatem, quam Petrus volet, cum pacto, vt dictus Petrus ſit ſoluturus illud cambium, quod curret per Venetias, Meſſanam, aut Lugdunum, ubi vult, quòd pecuniæ ſoluantur, & deinde pro Petro facit fidei litteras ſuo amico, vel agenti, qui litteras accepturus, ac Petri nomine eas ſit ſoluturus, faciens ei ſecurum, caſu quo Petrus deeſſet, & poſtea per primum terminum, aut per proximas nundinas, quę uenient, remittit unas litteras Petro ſoluturo Mercatori prędictam pecuniæ quantitatē, cum illo augmēto, prout currēt cābia, vbi fiunt litterę quę illuc remittuntur, vnde pecuniæ quandoque redeunt ad Mercatorem cum ſuo damno, & cum lucro Petri, & quandoque cambia currunt ęqualia, vnde Mercator colligit ſuum capitale ſine ullo lucro, & Petrus vſus fuerit pecunia Mercatoris aliquibus menſibus, donec litteræ iuerint, & redierint, ſine ſuo damno, itaque iſti dicunt, conferre maxima in Petrum beneficia hoc modo, cum in tali cambio amittatur quandoque, & lucretur, unde dicendum eſt, quòd liceat Et quia hic modus cambiēdi ſæpè verſatur inter Mercatores, proinde ingenioſam reſponſionem notabitis, ſecundum ſanam doctrinam Theologorum, quæ magni refert, pro animarum ſalute.

Octaua ſpecies difficultatem habens.

Ingenioſa declaratio dubij.

Pro ſatisfactione huius dubij difficilis intellectu, vt acquieſcant animi eorū qui errare nolūt, vobis ſcienter notandum eſt. Quod lucrum accipere, eo quòd alius vtitur tuis pecunijs, abſolutè, & ſine alia ratione, prohibitum eſt à lege Dei, Naturę, Summorum Pontificū, Imperatorum, ac etiam Gentiliū, ut probauimus in principio ſeptimi cap. Vt igitur dentur pecuniæ ad cambium indigenti, vti illis, vt aliquid iuſtè lucrari poſſit oportet, vt ſit aliqua ratio, quæ ratio ignota à tradente ſuam pecuniam ad cambium, fieri minimè poterit, ut ſua negocia habere poſſit, cambiēdo ſine conſcientia, & periculo deſcendēti ad illū infeliciſſimum damnatorum locum. Hinc fit, quòd cum vera ignoretur ratio quę facit cambium eſſe licitum, multi videntes quòd communiter dari ſolet ad cambium indigenti pecunia, quocunque modo alius vti uolet pecunia Mercatoris, eam dari poſſe arbitrantur.

Dixi, (multi & non omnes) ſunt enim nōnulli, qui ſcienter id faciūt, ſcilicet, volentes vſuram committere, tegunt caput hoc pileo, qui cambium appellatur iccirco à radijs ſolaribus ſe defendere poſſe opinantes.

Dictum eſt ſuprà, quòd cambium Lugduni, Viſuntionis, & ita aliorum ſimilium; ideo eſt iuſtum, eo quòd emitur pecunia abſens, propter quam abſentiā, ualet minus pretio legali, aut permutantur pecuniæ vnius ſpeciei, cum pecunijs alterius ſpecie. Quòd cambium habet varia pretia diuerſis temporis, ſecundum copiam, & inopia pecuniarum, quæ in dictis locis reperientur, vt euenire ſolet in rebus venalibus, dum in uno loco non multæ inueniuntur, caro ualent, quando poſtea multæ inueniuntur, vili ualent.

Itaque quando traditur pecunia ad cambium per Lugdunum alicui, ſi ille non habuerit illic pecuniam in eſſe, nec etiam aliquo modo reali, & non apparenti, dici non poteſt, illud cambium eſſe emptionem, aut ueram permutationem, & hoc facientes Mercatores, emunt quod non eſt in re, nec in ſpe, ab eo,

qui

Digitized by Google

qui non habet quod vendere velit, ſicut euenire ſolet, dum Mercator tradet pecunias Villico ſuper frumentis ſui ruris. prout fit pretium in Apulea in die Sãcti Petri, aut Sancti Noſrij, ſi Villicus realiter ſeminauerit, vera emptio dici poterit, nã triticum cũ ſit in herba, eſt in ſpe, quæ ſpes facit, vt cõtractus ſit iuſtus: ſi autem Villicus non habuerit triticum, nec paleam, nec in re, nec in ſpe, ſed ſeminaſſe ſe fingit, ut mutuantem reperiat, & Mercator id ſciens, ei tradit pecunias ſuper meſſem triticeam, ad pretium taxandum, ut dixi. Quæro abſte, Mercator quid emit? an ſuus contractus dici poſſi iuſtus, & uera emptio non aliter dicendum erit ad noſtrum propoſitum.

Quod non eſt in re, nec in ſpe, emi non poteſt.

Dico igitur, ſi dum Campſor, aut Mercator facit litteras fidei, eas dirigẽs ad aliquem ſuum amicum, ſibi notum, uel ad ſimilem aliam perſonã, quæ realiter faciat negotia diuerſa ab illo, etiam ſi ſuus frater eſſet, non eſt dubiũ, quod nõ parum inſeruit Petro, & quidquid lucrabitur cũ ſuo cambio, erit iuſtiſſimum, eo quòd litterę mittuntur cũ omni realitate, & qui litteras accipit, realiter ſoluit pro Petro, nec Mercator interuenit ad hanc ſolutionẽ, niſi vt fideiuſſor Petri, per litteras fidei, caſu quo Petrus deeſſet ei, qui accepit litteras, & ſoluit pro eo, ſi autem litteræ cambij, factæ à Mercatore, qui primum ſoluit pecuniam Petro, nõ dirigantur ad tertiam perſonam, ſed ad ſuummet Factorem, & Procuratorem, qui eo in loco non agit alia negotia, quam duntaxat ſua, eo in loco quò mittuntur litteræ, qui Factor non ſoluit pecuniam realiter pro Petro, cum ipſemet eam eſſet exacturus pro ſuo principali, ſed accipiens litteras Petri, eas accipit, & eum debitorem facit in libro eiuſdem Mercatoris, qui dedit pecuniam ad cambiũ dicto Petro, & poſtea litteras remittit in prima occaſione, quòd Petrus ſit ſoluturus dicto Mercatori totam illam pecuniæ quantitatem, ſcilicet lucrum, & capitale, quod debebatur per primas litteras miſſas, cum illo augmento etiam prout cambia current in illo loco, unde remittuntur litterę, & ita ſoluit cambium, & recambium eidem Mercatori, quamuis cũ damno Mercatoris quandoque redeant, quoniam cambia non ſemper ſunt in eodẽ pretio, propter copiam, & inopiam pecuniarũ, quibus quodã tempore magis indigemus, quã alio (verbi gratia, eo tempore, quo expediuntur triremes, & naues Venetiis, aut dum colliguntur olea in Apulea, & ſimilia vnde diligẽtes Mercatores ſunt per attenti, conantes pecunias auferre, vbi eſt copia, & reponere, vbi eſt inopia, cũ eorum augmento Copia intelligitur quãdo paruo ualent, inopia, quando multo ualent. Tunc dico, hoc cambiũ eſſe falſum, & fictum, & conſequenter iniuſtum. Mihi dices, ſi litteræ eunt, & redeunt ſimpliciter ſine fraude, ita cum periculo amittendi, ſicut cum ſpe lucrandi ex parte Mercatoris, tantum ſi illæ dirigentur ad ſuum factorem, quantum etiam ſi illæ dirigentur ad tertiam perſonam, cur cambium non erit iuſtum hoc modo?

Reſolutio dubij.

Copia & inopia pecuniarũ facit pretia uaria cambiorum.

Erit ne melioris cõditionis illa tertia perſona, quam factor Mercatoris, cum cambium, & modus negociandi non uarietur, vt illud dirigat ad factorem, ac ſi ad tertiam illam perſonam dirigeret?

Reſpõdeo, & in memoriam redigo, quod omne genus cambii oportet, ut ad aliquã ſpeciem contractus reducatur, ut dixi, & ſicut erit iuſtus ille contractus ad quẽ reducitur cambium, ſic erit iuſtum, aut iniuſtum dictum cambium, dictum eſt etiam hoc genus cambiorum, maximè Lugduni, & Viſuntionis, ubi Campſor primum tradit, & deinde recipit, non poſſe reduci ad aliam ſpeciem contractus, ſi iuſtus eſſe debeat, niſi ad contractum emptionis, & uenditionis, aut permutionis.

Reſponſio omne cambium reducitur ad aliquam ſpeciẽ cõtractus.

Dico igitur ad dubium, quando fidei litteræ diriguntur ad tertiam perſonã: tunc cambium dici poteſt uera emptio, eo quod emitur pecunia ſub ſpe, quòd is, ad quem litteræ dirigũtur, accipiet appodiſſas per fidei litteras, & ſoluet ea

liter

Digitized by Google

liter pecunias, quæ ſpes facit, cambium eſſe iuſtum, vt ſupra audiſtis, itaetiā dici poteſt uera permutatio, eo quòd lucrum eſt, quo cum permutatur, ſi autem fidei litterę diriguntur ad ſuum factorem tantûmodo, cambiū uocari non poſſet uera emptio, nec permutatio, eo quod nec in re, nec in ſpe rem ullam emit, dicere uolo, quòd realiter non emitur pecunia aliena, ſed idem Mercator faciens eum debitorem alibi eodem ſuo libro, per ſuum factorem, fingit emere quod non eſt in re, ſicut Eques mutuans quadraginta aureos egeno uillico, aſtringit eum tenere ſuo arbitrio par bonum, quorum vult fructus ſimulans emere eos ab illo, quos realiter non habet, qui contractus quam ſit iuſtus, declaratum eſt ſupra in uſura circa mutuum.

Ratio falſitatis cambij.

Dixi(diriguntur ad ſuum factorem tantummodo) ac etiam (alibi in ſuo libro) nam ſi dictus Mercator, qui pecunias Neapoli, teneret Lugduni ſocietatem cum aliis Mercatoribus, diuerſam ab illa Neapolitana agens diuerſa negocia, & aliam rationem cum illis, & conſequenter alium librum, cambium ad illum factorem directum eſſet reale, eo quod ſolueret de pecunia poſita in alia ſocietate, ubi habetur alia ratio, ſed caſus noſter intelligitur, quādo litterę eũt fictè abſque ulla realitate.

Alia ratio.

Nec etiam hoc cambium, de quo loquimur, dici poteſt uera permutatio, eo quòd non permutatur pecunia vnius ſpeciei pecuniarum, cum alia pecunia alterius ſpeciei, ut fit in ueris cambiis per Lugdunum, & Veſuntionē, ſed permutatur (ſi ita dicere uelimus) obligatio debiti eo uno libro, in alium eiuſdē Mercatoris, qui tenet eandem rationem in ambobus locis.

Alia ratio.

Pręterea oportet, ut quattuor perſonæ in cambio uerò perfectoque concurrant ait Bal. in conſ. 348. uol. 1. ſcilicet una, quæ tradit pecuniam ad cambium in uno loco, altera quæ recipit eas in dicto loco, litteras ſcribens, ut alibi reſtituatur uerbi gratia Lugduni. Duæ alię poſtea Lugduni, quo litterę diriguntur, ſcilicet, una quæ accipit dictas litteras, & ſoluit pecuniam realiter nominans litteras mittentis, altera quę dictam pecuniam cambitam exigit, uice illius, qui dedit ad cambium.

Sed hic non ſunt plures perſonæ, quam tres, is enim à quo litteræ exigi debent Lugduni, uice ſui principalis eſt idem, qui eas accipit, & ſimulat illas ſoluere de eadem pecunia, quam exigere fingit, faciens eum debitorem tantum in libro ſui principalis, quapropter dictus factor ſoluens ſeipſum hoc modo, duas perſonas ſimulat, ſcilicet debitorem, & creditorem contra l. Equidem, de legatis 1. dicentem, quòd nemo ſibi ipſi debitori eſſe poteſt, duo enim contraria in eodem ſubiecto eſſe non poſſunt ſecundum eandem rationem, ait Philoſophus, ſed diuerſis rationibus non eſſet inconueniens, ita dico, idem factor poſſet quandoque fungi officio duarum perſonarum diuerſis rationibus, exemplum dum factor Mercator, qui tradidit pecuniam Petro ad cambium, fortaſſe aliquod Franciſci negocium ageret, ad quem Petrus litteras direxerit, unde ut factor Franciſci ſolueret, & ut factor Mercatoris exigeret, aut etiam ageret dicti Mercatoris negotia cum alia ſocietate, ubi teneret diuerſa negocia, & diuerſam rationem, ut ſupra retuli, aut ſimilibus aliis rationibus, ſed ut ſoluat, & exigat ſimul eandē pecuniam reſpectu ipſiuſmet, facit cābium eſſe ſimulatum, & fictum, qui enim in hoc caſu pecuniam emit, ut dictum eſt ſupra, eſt idem, uendens illam, hoc eſt, illamet, quam ſoluit cambiendo, ut pretium pecunię abſentis, eſt eadem res fictè empta, quomodo igitur idem ducatus eſſe poteſt pretium, & res appretiata;

Eadem perſona non poteſt fungi officio duorum ſecūdum eandem rationem ſed diuerſis. Quod facit cābium ſictum.

Itaque hoc cambiū, cum ueræ emptionis effigiem non habet, aliud eſſe nō poterit, q̄ mutuum, ueſtitum colore, & nomine cambii, ne mundo oſtēdat, qđ mutuandi cauſa, lucrum accipit, quod eſt uera uſura, ut ſatis ſuprà audiſtis.

Quan-

Digitized by Google

Quando poſtea pecuniç iterum redeunt cum recambio, oporteret, ut litteræ eſſent perſonç alienç, quæ Petri creditor realiter eſſet ab eoq; acceperit primas ſuas litteras, & ſolueret realiter pro illo: per quas litteras poſtea exigeret dictas pecunias à ſe ſolutas, ſed hic nõ eſt alius creditor Petri, quã idem primus Mercator, qui non ſoluit aliam pecuniam pro illo, niſi eam, quam tradidit ei primũ ad cambium, per quod fecit eum debitorem Neapoli, & poſtea Lugduni, propter eãdem pecuniam, accipiens litteras per ſuum factorem, & ſimulans ſoluere, & poſtea eum debitorem hic iterum facit, cum redeant litterç Lugduno propter eandem rationem, à dicto ſuo factore, qui fungitur officio duarum perſonarum, ſcilicet ſoluentis, & accipientis, ficte tamen: itaque bis ſoluitur eadem pecunia, cum duplo lucro: illam vocans, cambium, & recambium, quod eſt falſiſſimum cambium, non ſolum à tot Doctoribus, vt audiſtis, verum etiam à Pio V. vt videbitis, condemnatum.

25 Cambium, & recambiũ condemnatur.

Præterea dic mihi, ubi fundas rationem recambij exigendi ab ipſo Petro? prçter quam ſupra manifeſtum latrocinium? dum enim tradis Petro mille aureos, ut tibi ſoluere faciat eos Lugduni cum recambio, quod curret in foro, ſi Petrus realiter illic ſoluere faceret, eſſet abſolutus omni debito, tuque feciſſes tuam pecuniam abſentem: quæ poſtea, volens eam regredi, oporteret ut cum tuo damno rediret.

Alia ratio cõtra recambium.

Mihi dices, etiam cum mea vtilitate regredi ſolet.

Inſtantia.

Reſpondeo, quòd id non ſemper accidit, non ſtatim ut illuc perueniat, reperitur, euidentur, ut ſimulas cum Petro. Ecce prima fraus.

Reſponſio.

Secundo, ſi tertia pſona ſoluiſſet pro Petro Lugduni, tunc Petrus teneretur ſoluere intereſſe cambij illi tali perſonç, ut ei dictç pecuniæ reſtituerẽtur, tũc dico, quando non interueniret alius modus faciendi, eas Lugdunum regredi, ubi ipſe manet, ſed ſoluente tuo factore pro Petro, dictus Petrus debet tibimet, qui tuas pecunias Neapoli quæris, & hic eas tibi ſoluit, non quçrens alia media: cur igitur vis recambium a Petro? Tertio, ſi pecuniæ illic realiter non ſunt ſolutç, nec etiam oportet, ut cum tuo intereſſe illinc ad te redeant, cur vis à Petro tale intereſſe imaginarium, & non verum? Dices, eo quod mihi non ſtatim eas affert, ergo vis, vt tempus tibi ſoluat, quod non licet, ut ſupra retuli.

Tertia ratio.

Dices etiam, & hæc eſt negocij veritas, ut credo. Petrus debens meo factori, mille aureos Lugduni, cum eos ſoluerit pro ipſo mihi, & non habens, qui pro eo ſatisfaciat meo Factori, dictus meus Factor uerum eos tradit ad cambium dicto Petro, prout currunt cambia Lugduni, faciens litteras, ut illos aureos ſit mihi ſoluturus vi Factoris, cum dicto augmento, & ita Petrus ſoluit cambium, & recambium Lugduni.

Alia inſtantia.

Pro quo replico, quòd quemadmodũ omnes iſtæ ſolutiones, quas facit tuus Factor, vel ut melius dicam, perſona aerea, & imaginaria, ita abſte Lugduni figuratç, ſunt ſimulatç, apparentes, & fictæ: primum ſimulans perſonam ſoluentis pro Petro, & deinde exigentis pro te, denique mutuantis prędicto Petro, cum intereſſe cambij currentis, ut ſupra dixi: ſic cambium, & recambium, quod ſupra ponis, eſt fictum & apparens; & idcirco Doctores meritò illud uocant cambium ſiccum; & conſequenter damnatum à Pio V. norma bonitatis, ac ſanctitatis, ut in eius Bulla uidebitis.

Cambium fictum condemnatum.

Itaque nulla excuſatio eſt vt bona conſcientia illud facere poſſis.

Dices, iuſtum ſaltem eſſe deberet, cum in periculo tam amittendi, quam lucrandi eſſem, ſicut euenire ſolet, & facto euenit, ſuperioribus mẽſibus, ubi propter pecuniæ penuriam, quæ in Apulea erat, cambia per Barum fuerunt cum augmento illius, qui accepit ad cambium, cum in Apulea collectio oliuarum eſſet.

Replica.

Digitized by Google

Reſponſio

Tot replicis tibi reſpondere non indignabor, vt tibi plenius ſatisfaciã: dico, ſicut mutuans ſuas pecunias ſine lucri cõuentione: ſed tamẽ cũ principali intẽtione habendi aliquod vtile, cõmittit ſaltem vſurã mentalem, & peccat mortaliter; quamuis non accipit aliquod vtile, & ſi ei peruenit de illis pecunijs aliqua vtilitas ſperata, eam reſtituere tenetur; vt dictum eſt ſupra in vſuris; ſic, qui tradit ſuas pecunias hoc modo ſub nomine, & colore cambij, cum ſpe lucrandi: quãuis non lucretur, mortaliter peccat: et ſi lucretur, illud reſtituere tenebitur: et ſi amittat, de tali euentu Doctores non curant, quoniã amittere hoc modo raro euenire ſolet, & in ſimilibus caſibus ſtandum eſt id quod frequentius accidit, l. Nam ad ea ff. de legibus.

Quapropter qui agit huiuſmodi negocia, ſemper in fine anni multũ lucrifeciſſe reperitur, nec mercatorem relicturũ fuiſſe puto, ut agat ſimilia cambia, ſi periculum amiſſionis eſſet æquale ſpei lucrandi. Equidem credo, quòd melius hanc fictionem cognoſcunt ij, qui his cambijs utuntur, quã ego, qui ad illã probandã laboro: ideo id non facio pro ijs, qui totum animũ affectumque in diuitijs poſuerunt, & ſibi pecuniam pro Deo elegerunt: ſed pro ijs, qui aliud neſcientes, faciũt, ut facere uident, arbitrantes ſe benefacere; ne ignorantia illos, ſine eorum voluntate, ad inferos ducat.

Replica.

Dices, Pater, in hoc procedis nimis rigoroſè, et non oportet eſſe tã ſcrupuloſum; ego quaſdam cambiorum determinationes habeo, quæ ſunt apud nõ nullos Mercatores: factas in ſtudio Lutetiæ, & à Doctoribus Coronellis, in quibus nonnulla permittuntur, quæ tu damnas. Dico, quòd non habes rationẽ, vt ita loquaris, quoniam uidiſti, quantum elaboraui ad probandam cãbiendi artem, quã ſit iuſta, & quam maximè potui conatus ſum defendere; & ab bonum ſẽſum reducere aliquas cambiorum ſpecies, quæ nonnullis videbantur iniuſtæ, vt eſt D. Antonin. Eas autem, quæ nec approbari, nec defendi poſſunt, quemodo uis, vt approbem; contra tot Doctorum, Theologorum, ac Cononiſtarum doctrinam, qui de hoc uerba fecerunt, ac etiam contra rationem naturalem, quæ euitari non poteſt; ſed ſi quid tibi uidetur difficile, oritur à nimia affectione, quam habes in hac vita, non conſiderans, quòd non perpetuò futurus es in his tuis felicitatibus, quæ tibi ſatis nummorum afferunt: etſi te cum Doctorũ Coronellorum determinationibus defendi, ad modum te decipis; talis enim ineptia non eſt aſcribenda ſtudio tam honorato, ſed potius alicui vſurario diabolico. Et vt ſit verum, locutus ſum cũ digno Patrẽ, Magiſtro, ac Theologo Mediolanenſi, qui quidem, in multis Mercatorum libris illas ſe uidiſſe, & varias inueniſſe ait; quapropter fides illis non eſt adhibenda; & tanto magis quòd ſunt contra determinationem Pij V. Et ſi pro morbo corporali tantã diligentiam adhibes in exquirendis Medicis, & non contentus es ſtare ad iudicium vnius, vel duorum; cur pro ſalute animæ diligentior eſſe non debes in veritate requirenda in uno, quod tanti refert: & non dicas me eſſe ſcrupuloſum, immo in hoc curioſus eſſe debes.

Condemnantur coronelli.

Monitio authoris.

Replica.

Dices etiam, Pater, ſi hunc cambiendi modum prohiberes, egenis pauperibus magnum damnum afferres: qui ſuis neceſſitatibus nõ reperiunt aliud refugium, & cum minori eorum damno, quam ſoluendo cambium, & vtendo talibus pecunijs, in ſuis neceſſitatibus.

Reſponſio.

Reſpondeo, quòd non ego id prohibeo, ſe Deus, Sancta lex, ac Beatiſſimus ille Paſtor Pius V. quid ad hoc dices?

Et ſi etiam tanta charitas te mouet, fac ſicut tibi Chriſtus præcepit Luc. cap. 6. Mutuum date, nihil inde ſperantes; dico fac ſine lucro, & non cum uſura, vt retuli, in qua diſpenſari non poteſt, pro qualibet re pia, quæ curreret.

Dices, oportet etiam lucrari, viuendi cauſa. Et ego dico, age alia negotia licita: qui

Digitized by Google

qui autem id facit, non cauſa uiuendi facit, ſed cauſa citius ditandi: cum totum ſuum finem in huius vitæ uitijs poſuerit.

Dubium.

Hic fit dubium ad propoſitum: Mercator habere debet à Petro ducentos aureos (ſit tamen pro quauis ratione) eos vult: Petrus dicit, non habeo illos nunc Mercator dicit, accipe ad cambium, Petrus reſpondet, non inuenio, qui eos mihi tradat, Mercator dicit, ego ad cambium illos tibi dabo, & ita paciſcuntur. Quæritur, fieri ne poterit ſine ſcrupulo conſcientię? Reſpondetur, ſi Mercatorem non tantum moueat exigere ſuam pecuniam, quantum vellet, ne in manu Petri ocioſa maneat: eſt vſura manifeſta; eoque arbitrari non poteſt alia ratio lucrandi cum Petro, niſi tempore, quo utitur illa, donec ſoluat, quod ne fieri poſſit, ſæpè audiſti: ſi autem Petrum ideo ſollicitat, vt ſoluat: eoque reperit, cui dictam pecuniam dare poteſt, cum ſpe lucri: tunc ſuum intereſſe quærere poteſt, hoc eſt ſi ipſe ſolitus eſt dare ad cambium, & inuenit dare eam pecuniam in præſenti, dicere poteſt, illam tibi dabo ad cambium, ad hunc ſenſum: hoc eſt, ſolue mihi intereſſe cambij, quod lucrarer, ſi mihi nunc illam reſtitueres: uerbi gratia, Mercator vendiderat quantitatem pannorum aut alias merces Petro, cum pacto, ut illam pannorum, aut aliarum mercium quantitatem ei ſoluat in talibus nundinis, vel, vbi eſt conuentio Mercatorum: maturato tempore, Petrus reſpondere non poteſt, & Mercator inuenit dare ad cambium dictam pecuniam: tunc Petro dicere poteſt, ſolue mihi illud cambium, quod currit in foro, per talem locum, per quem meam pecuniam dare inuenio.

Quando liceat quærere intereſſe cambij.

Dixi (ſi ſolitus eſt dare ad cambium) qui enim talia exercitia facere non ſolitus eſt, non poteſt quærere intereſſe cambij, vt eſt etiam in determinatione Rotæ Genuæ Deciſ. 1.

Qui non eſt ſolitus cambire quærere intereſſe cambij non poteſt.

Dixi quoque (& inuenit dare eam pecuniam in pręſenti) nam ſi hoc in præſenti non reperit: mala conſcientia quęreret lucrari cambium cum Petro. Et de recambio etiam aduerte, ſi pecunia realiter inueniret reditum cum lucro, tunc illud quærere poſſet ſuo tempore, quando tamen id accideret: et ſi caſu (vt eueniret ſolet) pecunia aliorum mercatorum, depoſita in dicto loco, veniret cum eorum damno, propter inopiam pecuniarum tunc dictus Mercator teneretur ſatisfacere Petro, quantum illud æſtimari poteſt: realitas enim negociandi ſic ſe habet. Et ſi Mercator non ſolitus eſt dare ad cambium; ſed ſuum exercitium eſt tantum miſcere ſuam pecuniam in alijs mercibus, dicere nō poteſt, eam tibi dabo ad cambium: ſed tractare poteſt de intereſſe lucri ceſſantis; quando tamen concurrerent illæ conditiones quas ſuprà narrauimus, loquendo de intereſſe.

Intereſſe lucri ceſſantis quando exigi debeat.

Poterit ne etiam vendi pannorum quantitas, aut aliæ merces, pro tanto tempore, ad ſoluendum, & interim velle cambium, quod curret per plateas? Dico hoc cambium eſſe tam impudens, vt reſponſionem non mereatur.

Eſt aliud genus cābiendi, vel vt melius dicam, mutuandi cum vſura ſub nomine cambij; quod eſt nona ſpecies & fit hoc modo. Petro indigenti pecunijs. Mercator eas tradit ad cambium ad rationem tot pro centenario, vel vt conueniēt, tamen vult, quòd Petrus ſit ei ſoluturus illas pecunias in quadam Ciuitate, & loco, pro ſua commoditate, vbi non eſt conuentio Mercatorum, nec celebrantur nundinæ, vel ut latentius agat negocium, aut quòd eas tradit ad cambium per Lugdunum, vel Meſſinam, vel per nundinas Racanatæ, aut ſimilem locū, tamen non uult ut ſoluantur in his locis: ſed alio in loco, aut in Ciuitate illic uicina, aut ubi ei placebit pro ſua commoditate, quo in loco ſimulatè ponunt nomen Lugduni, aut Meſſinæ, ubi uolunt, ut ſoluantur eorum pecunię, uocantes hoc modo talem locum, & poſtea uenięte

17 *Nona ſpecies cambij.*

Vbi nō ſūt nundinæ, uel mercatorum cōuentiones, nō poteſt ſolui cambium.

tempore faciendi ſolutionem Lugduni : ipſi Mercatores ſe conferunt in illum locum, vbi conuenerunt, & ibi debitor ſoluit, aut ſoluere facit dictas pecunias, ſecundum eam rationem, qua ſoluerentur ſcuta marcæ Lugduni. Et quia hoc cambium reduci non poteſt ad aliam ſpeciem contractus, niſi ad illam mutui, cũ ſpe, & principali intentione lucrandi cum Petro, iudicatur pro vſura mentali, & conſequenter condemnatur, vt habetur in Cod. Titul. Plus valere debet, per totum. Vnde quidquid cum Petro lucrabitur, reſtituere tenebitur.

28 *Decima ſpecies.* Decima ſpecies cambij, in qua videtur vſura magis manifeſta, fit hoc modo: Mercator libenter mutuat ſuas pecunias alicui artifici, cui munienda eſt officina, aut nauiganti, vel alicui Mercatulo, qui uiuunt de induſtria, & non habent pecunias, quibus negocia gerere poſſint, hoc fine, vt illis vtantur, & lucrentur; cum pacto aut ſaltem principali intentione, vt illi vltra capitale ſaluũ, ſint daturi quantum excerperetur à veris cambijs per Lugdunum, aut Venetias, aut ſimile; cum tutè lucrari malit per hanc viam, quàm per illam veri cambij, ut alij Mercatores: aut id facit, ne pecuniam otioſam teneat, cum non inuenit ad eam cambiendam.

Alij non vtentes nimia ſubtilitate, nec tot circumlocutionibus, pecuniã mutuant, eam quærenti, qui propter neceſſitatem cõtentus eſt; quidquid agit Mercator; & poſtea quãdo eam reſtituit, Mercator ei calculum facit calamo pro eo tempore, quo illa uſus eſt, quod cambia; & recambia tranſire potuiſſent, & quærit ab illo aliquid pluris, quod eſt viginti pro centenario, & quandoque triginta.

Et quia hæc intentio, & modus negociandi, nullam cambij formam hẽt, non oportet probare ſuam malitiam; ſed abſolutè condemnatur, ut habetur in c. Cõſuluit, de vſuris. Mihi dices, cur iſte vſurus eſt mea pecunia, agens rẽ ſuã, & lucrifaciens cum mea pecunia, ſine aliqua remuneratione? Reſpondeo, ſi talis ratio haberet locum, non inueniretur caſus, in quo committeretur vſura: eoque omnis homo vſuram ſoluẽs, ſentit aliquod beneficium, & qui ſic loquitur, non intelligit quid ſit vſura; vnde ſi rationem de hoc ſcire vultis, legite totum hoc cap. de Vſura, quod de hoc eſt plenum, & ſic hac materia docti efficiemini.

29 *Vndecima ſpecies.* Vndecima, & vltima ſpecies, quæ eſt mutuũ vſurarium ſub nomine cambij & aliquando Romę in uſu eſt, fit hoc modo. Clericus cum beneficium impetrauerit, & non habens pecunias, Bullas ſoluendi cauſa; ſtatim reperit eas ſibi mutuantem ſub nomine cambij; verbi gratia, ſi centum aureis indiget, vult de illis quatuor, aut ſex pro centenario, aut plus, aut minus, prout paciſcuntur, habens reſpectum ad diſtantiam loci beneficij, ubi clericus promittit facere ſolutionem, & longinquitatem temporis, quam ſumit ad reſpondendum; & ponit in contractu tam capitale, quàm lucrum, quod vult, dicens omnia eſſe data pro gratioſo mutuo, vbi dictus clericus ſe obligat, eas ſoluere in propria Regione, vbi eſt beneficium ſpatio tot dierum.

Hæc forma contractus nullatenus habet ſpeciem cambij; & ideo condemnatur ab omnibus Doctorib⁹: ex quibus D. Antonin. in tertia parte titulo, octa o par. 3. & Sylue. Verbo Vſura. 4. dictum contractum penitus damnãt, non aducen lo quomodo iuſtificari poſſet. Scilicet primum ſi Mercator mutuandi cauſa dictas pecunias, pateretur damnum emergens (quod non credo, quoniam qui tale damnũ patitur non mutuat ita libẽter ſine precibus, vt iſti faciunt) vel pateretur intereſſe lucri ceſſantis, tamen ad liquidandum tale intereſſe, opus eſt multa indagare, vt notatũ fuit in materia de intereſſe in hac ſecunda parte; tãto magis, quòd iſti non rogati, quærunt hæc lucra. Vnam igitur Mercator in hoc caſu quærere poterit, ſcilicet intereſſe iterum reducẽdi pecunias Romam, ſi hoc patiatur; quidquid pluris vltra hoc accipit reſtituere tenetur.

Et ſi

Digitized by Google

Et ſi beneficiatus eſſet de quadam Ciuitate, vbi celebratur conuentio Mercatorum, aut nundinæ, in quibus reſpondi ſolet, tunc ſine fictione verum cambium fieri poſſet.

Sunt nonnulli alij, qui nec Mercatores, nec cāpſores ſunt, & habentes quantitatem pecuniæ otioſam, nec ſcientes eam negociari dictis Mercatoribus eam tradunt ad rationem tot pro centenario ſine ſcriptura pro eo tempore, quo ſunt eam negociaturi, aut cum principali intentione alicuius utilitatis habendæ, iſti committunt vſuram cum Mercatore; etſi traderent illam, mediante ſcriptura, ſicut lex permittit, tamen ſcientes, quòd dicti Mercatores illam miſcent in negocijs illicitis, & iniuſtis, etiam ad reſtitutionem tenebuntur.

Alii, quamuis cambium iuſtè exerceant ſine prædictis fraudibus, peccant mortaliter, reſpectu conditionis perſonæ; hoc eſt, cum ſint clerici, quibus prohibentur ſimilia negocia: ad eandem pęnam tenentur, quamuis ipſimet illa non exerceant, ſed commendant ſuam pecuniam dictis mercatoribus, vt de illis lucrum tribuant.

Ad idem peccatum tenebitur ille campſor, quamuis ſecularis, dum tradit ſuas pecunias ad cambium perſonæ, quam ſcit, quòd illis utetur ad res illicitas; vel eſſet prodigus, diſſipator, inſanus, aut ſimile; quare potius damnum inde expectaretur, quàm aliud; eo quod non permittitur, vt detur gladius in manu furioſi. Et pro confirmatione eorum, quæ dixi, ut nemo per ignorantiam excuſari, ac malitiam defendi poſſit, adducam Bullam, motumque proprium P. V. factam ſuper cambiis, quam tibi promiſi cuius tenor eſt hic.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM

rei memoriam.

31 IN eam, pro noſtro paſtorali officio curam diligenter incumbimus, & infra. Primum igitur damnamus ea omnia cambia, quæ ſicca nominantur, & ita confinguntur, vt contrahentes ad certas nundinas, ſeu ad alia loca cambia celebrare ſimulent, ad quæ loca ij, qui pecuniam recipiunt, litteras quidem ſuas cambij tradunt, ſed non mittuntur, vel ita mittuntur, ut tranſacto tempore, vnde proceſſerant, inanes referantur, aut etiam nullis huiuſmodi litteris traditis pecunia ibi denique cum intereſſe repoſcitur, vbi contractus fuerat celebratus; nam inter dantes, & recipientes vſque à principio, ita conuenerat, vel certè talis intentio erat; neque quiſquam eſt, qui in nundinis, aut locis ſupradictis huiuſmodi litteris receptis ſolutionem faciat. Cui malo ſimile etiam illud eſt, cum pecuniæ, ſiue depoſiti, ſiue alio nomine ficti cambij traduntur, ut poſtea eodem in loco, vel alibi cum lucro reſtituantur. Sed & in his cambijs, quæ realia appellantur, interdum, (vt ad nos perfertur) Campſores præſtitutum ſolutionis terminum, lucro ex tacita, uel expreſſa conditione recepto, ſeu etiam tantummodo promiſſo, differunt: quæ omnia nos vſuraria eſſe declaramus; & ne fiant diſtrictius prohibemus. Porro ad tollendas quoque in cambijs, quantum cum Deo poſſumus occaſiones peccandi, fraudesque fœneratorum, ſtatuimus, ne deinceps quiſquam audeat, ſiue à principio, ſiue aliàs, certũ, & determinatum intereſſe, etiam in caſu non ſolutionis paciſci. Neque realia cambia aliter quàm pro primis nundinis, ubi illæ celebrantur, ubi verò non celebrantur pro primis terminis, iuxta receptum locorum vſum exercere, abuſu illo prorſus reiecto, cambia pro ſecundis, & deinceps nundinis, ſiue terminis exercendi. Curandum autem erit in terminis, ut ratio habeatur longinquitatis, & vicinitatis locorum, in quibus ſolutio deſtinatur, ne, dum longiores præfiguntur, quam loca deſtinatæ ſolutionis deſiderant, fœnerandi detur occaſio.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo. Kalend. Februarij Pontif. noſtri Anno ſexto.

Supra

Digitized by Google

SVpra quam Bullam notabitis, ut etiam notat Nauar. verba neceſſaria notanda primo, per illud verbũ (ficcum) ſummus Pontifex intelligit hic tantum cambia ficta, & ſimulata, in quibus non aliter fiunt litteræ; & quamuis fiant, nõ mittuntur ad locum deſtinatum; & ſi quandoq; mittuntur, id fit pro forma; ſed non ſoluũtur maturato tempore ſolutionis: quoniam illic non eſt qui faciat talem ſolutionem efficienter pro dicto debitore: ſed realiter pecunia tranſacto tẽpore ſoluendi litteras, reſtituitur vna cum cambio in proprio loco vbi pecunia ſoluta fuit, & contractus celebratus, cum ita conueuerint, vel certè talis eorũ intentio fuerit. Et cũ cambia ſint ficta, & non vera, vt ait ſummus Pontifex, per illud verbum, (& ita finguntur) ea damnat tanquam vſuraria, & prohibet, per illud verbum (damnamus.) 32 *Notanda ſuper bullam.*

Secundo, per illa verba (cui malo ſimile etiam illud eſt) mutua, ſeu depoſita damnãtur, quæ fiunt ſub nomine Cambii, & poſtea eodem in loco ſoluuntur, ubi pecuniæ aſſignatæ fuerunt, ſeu alibi, vbi non eſt conuentio Mercatorum, nec ſunt nundinę.

Tertio, alia cambia, extra hæc, uocat realia, & approbat, vt habetur per illa verba (quæ realia appellantur) tamen tunc ea damnat tanquam vſuraria, cum, maturato tempore, vt litteræ ſoluantur, Campſor ſolutionem cum tacita, vel expreſſa conditione differre contentus eſt, vel certè cum promiſſione lucrandi aliquid plus, vltra primum cambium; quod diſtrictè prohibet, per illa verba (ſed in his cambiis) prętérquam ſi illud plus exigeret, ratione ſui veri intereſſe, in fine liquidandi, vt audiſtis in materia intereſſe.

Quarto, nota per illa verba (porro ad tollendas) prohibet omnino dictũ intereſſę, ſeu aliud, quod curreret in dictis cambiis, ne à principio ſeu alio tempore pacifcatur; ut aliquod determinatum ſoluatur, loco intereſſe, quod pateretur, caſu quo litterę non ſoluerentur eo tẽpore, quo quidem ſunt ſoluẽdę, ſed poſt quam realiter paſſus fuerit dictum intereſſe, & liquidauerit, cum illis cõditionibus recitatis in materia intereſſe.

Quinto, per illa verba (neq; realia cambia) prohibetur quoque ne realia cambia fieri poſſint, præterquam pro primis, & proximis nundinis in loco, ubi illæ celebrantur, vbi verò non celebrantur, pro primo termino præſentationis litterarum, iuxta diuerſam locorum cõſuetudinem, damnans expreſsè illos abuſus, & modus cambiendi per plures nundinas, ant terminos, ubi nundinæ non celebrantur, & ita paſſim.

Cum nos etiam monet dictus Pontifex, per illa verba (curãdum autem erit) vt temporis longinquitas, pro dicto primo termino, cum ſoluendę ſunt litterę, reſpondeat diſtantiæ loci, vbi dictę litterę ſolui conſtituentur plus, uel minus, prout ratio habebitur longinquitatis, & vicinitatis locorũ, ut litteræ pferantur cõmodius, pauliſper tp̃s concedendo, quantum pecuniæ colligi, ac ſolui poſſent, quod modicũ temporis in diuerſis locis eſt diuerſum, iuxta diuerſam Ciuitatum conſuetudinem, dum litteræ mittuntur ad vſum; ne, cum detur plus tẽporis, quam miſſio litterarum requirit, in aliquam ſpeciem uſurę intretur: hoc eſt, cũ aliquid plus ſolui faciat, propter illam ſuperuacuam temporis dilationem: ſin talis, ſuſpicio nõ fuerit, ſummus Pontifex non prohibet, ne cãpſor, aut Mercator ſolutionem exſpectare, ſeu aliquam temporis dilationem concedere poſſit, quam requiritur, modo id gratioſè fiat, & ſine fraude. Vt quoque Nauar. innuit in dicto loco, arguendo per l. Quod fauere, C. de legatis. & cap. Ob gratiam, de regulis iur. in 6.

Ecce tibi veritas, & falſitas cãbiorum, ratione, lege, ac denique Summi Pontificis auctoritate cõfirmata, & nihilominus multæ fraudes committũtur. Equidem ignoro, quo modo coram Deo excuſabuntur ii, qui nec abſtinere, nec ſcire

Digitized by Google

volunt quòd debent, & facere poſſunt tuta conſcientia, forſan id ſcire fugiũt; vt cũ hac ignorantia, quę potius malitia dicẽda eſt, Deo ſe purgare poſſint; ſi tale faciunt, hoc meo opuſculo perſequar, dum eos reperio, & idcirco peregrini ſignum ſuſcepi: eoque ſub hoc habitu eos facile reperire, eorumque periculum, & malitiam ſuadere potero, nec coram Deo excuſari ualeant.

33 Et ſi quæres, quid de proxenetis, & maranchinis dicam, qui adminiſtrant hæc, & ſimilia negotia, & paciſcuntur inter Mercatorem, & accipientem ad cambium?

Notarij ſtipulãtes inter uſurarios ſciẽter, peccant mortaliter. Proxeneta, & Maranchini quãdo peccent.

Dico, & primum de Notariis contrahentibus, & de teſtibus interuenientibus: ſi iſti in contrahẽdo vſuram, vel iniuſtitiam aliquo modo interuenire prę uident mortaliter peccant; & multo magis Notarius dum hoc uidet: & ipſe non ſolum contrahere non recuſat: ſed modum etiam, & formam eum ſtipulandi reperit, vt iuſtus appareat, & ſine reprehenſione, non curans de damno, quod ſubit, vt ipſe etiam aliquid lucretur propter ſuum laborem, & quandoque prę mium accipiat propter ſuum conſilium. Proxenetę autẽ, & Marãchini ſunt inter omnes peſſimi; nã iſti primũ officio odorãtis canis funguntur, indagantes, & inquirẽtes, quis habeat copiã pecuniarũ, tradendi cauſa ad cambiũ, & quis ad cambium ſumere indigeat: deinde funguntur officio lęnonũ: queadmodum enim multæ meretrices occultæ, & verecundæ non cõmitterent peccatũ: niſi à lænonib. occaſiones, & turpiter faciendi comoditates illis darẽtur; itaque lenibus verbis, & ſuaſionibus, verecundiã illis à facie demunt; ſic iſti proxenetæ, inuenientes eos Mercatores, qui ſe in auaritiæ ganea poſuerunt, tentationem ijs afferunt, ne amittant hanc, aut illam lucrandi occaſionem, remouentes ab ipſis verecundiam vſuræ, & indigenti timorem amiſſionis, idque, ut proxeneticum ſuum lucrentur.

O miſeras eorum animas, qui lucrandi cauſa decem aureos, quandoque damnum exceſſiuum faciunt, pro quo tenentur ad reſtitutionem, in ſolidum, vna cum principali mercatore, & ideo peccatũ eorum eſt maximum, eo quòd primum ſunt cauſa, quòd nonnulli Mercatores uſuram committant; eos rogantes, & inuenientes modum, & formam contrahendi, cum ingenij perſpicacia, ut negotium ad effectum reducant, & illud modicum lucrentur, quod ad eos pertinet: & deinde propter aliorum diuitias ad inferos deſcendere tenentur.

Dices, ars igitur proxenetarum eſt bona, & mala? Dico eſſe malam, cum abutitur: itaque omnes ij proxenetę interuenientes in cambijs ſiccis, & iniuſtis, eo modo, quo ſupra audiſtis, eſſe prohibita, & condemnata, peccant mortaliter, & tenentur reſtituere quod ea de cauſa lucrifecerint; & ſi ſunt cauſa efficax, ut fiant talia cambia, reperiendo cum ingenij perſpicacia modum, & formam occultè faciendi illa cãbia, vt Mercator ea libẽter faciat, tenẽtur etiã ad id quod Campſor lucratur, caſu quo ille non reſtitueret. Dico (cauſa efficax) nam ſi campſor paratus erat ad faciendum illud cambium iniuſtum, aut uſurarium ſine eorum precibus, non tenebuntur, prę terquàm ad id quod proxenetæ propter ſuas induſtrias acquirunt; Non tamen ſunt damnandi ij proxenetę, negociantes, iuſta & realia cambia.

34 Quæritur, ſi Mercator acciperet ad cambium hoc modo illicito, vt daret alteri ſimiliter ad cambium cum aliquo ſuo lucro, eſſet ne licitum?

Reſponde, ꝙ quandoque euenit, quòd aliqui Mercatores fungantur proxenetis, uel qđia res graues negociant cum nonnullis Principibus pecunia indigentibus, vel quia in nundinis, ſine pecunia, & negocijs adſunt.

Dico igitur, verbi gratia, ſi Petrus indigens pecunia, nõ reperit tradentem illam ad cambiũ, uel quia nem ini eſt notus, vel quia nõ eſt tutus; accedit ad Mer

catorem

catorem ſibi notum, eum rogans, vt illam pecuniam inueniat ad cambium pro illo, ex quo tradet quattuor pro centenario de augmento, aut ſimile; & Mercator, ut Petro inſeruiat, eam accipit pro ſe ad cambium ad rationem trium pro centenario, vel propter familiaritatem, vel quia eſt notus, vel denique, quia eſt uir ſecurus, & deinde eam tradit ſuo amico ad cambium ad rationem quattuor pro centenario, tunc dictus Mercator illud facere poteſt, cauſa inſeruiendi amico, & quamuis cambium erit illicitum, & vſurarium, ipſe non peccat (cũ Cãpſor ſit expoſitus ad idem faciendum cum alijs indifferenter, & non propenſus ad eius preces) quærens à Petro illud lucrum: quia illud accipit, vt ſoluat intereſſe Campſori, qui pecuniam ei tradidit; quoniam damnum pati nõ debet, vt alteri obſequatur.

Et de illo augmento cambij, quod lucratur cũ Petro, quid dices? Dico, quòd illud tenere poteſt propter ſuum laborem, ſi tantũ erit, ut ſufficiat pro ſuis meritis, præſertim ſi id facit conſenſu Petri. ſi autem ſepararet merita ſui laboris: non eſſet licitum plus accipere, quâ meretur ſuus labor. Si autem Mercator accipit ad cambiũ, vt det ad cambium, ut ſolũ lucretur illo modo, cum in nundinis nil aliud ſit facturus. tum non licet: eoque fęnori accipere nõ debemur, ſine neceſſitate, vt fęnori demus.

Et ſi id faceret, vt ſe induſtriet? verbi gratia Mercator cum eſſet in nundinis ſine pecunia, & videns, quòd illic uenduntur quędam merces, vbi nõ parum lucrari poſſet, accipiet ad cambiũ hoc modo, non curans vſuram ſoluere, ſciens, quòd illinc multo magis lucrabitur. Dico, id non licitum: ſine peccato mortali. Nam ſicut hominem ad mortaliter peccandum inducere non debemus, ſic alterius peccato uti nõ licet ut commodum noſtrum, & lucrum faciamus: qui autem patitur magnum intereſſe, & non inueniens aliter auxilium, accipiendo ad cambium hoc modo, excuſabitur propter ſuam neceſſitatem.

Hinc lector, conſiderari poteſt, quam ſi periculoſa ars campſoria ijs, qui ſuper cambia ſe tantum miſcere volunt, non exercentes alias negociationes, ut tutius lucrentur, ac breuius ditentur. Vtinam hic meus labor proficiat: qui autem in diuitijs cor ſuum poſuit, parui illum faciet, de quibus loquens Dominus, ait. Difficilius eſt diuiti ingredi in Regnum Cœlorum, quam non eſt camelo tranſire per formen acus.

Pro

Digitized by Google

PRo huius tractatus complemento, ſit dubium nõ minus vtile, quàm curioſum, vbi quæritur; cum fiant litterę cambij, quæ ſint ſoluendæ per primas nundinas; quando ter minus dictæ ſolutionis ſit intelligendus, forſan ſtatim vt completi fuerint dies immunitatis, & priuilegiatarum nũdinarum, dati à Principe, & non aliàs? verbi gratia.

Tempora nundinarum principalium Italiæ ſunt hæc.

Primum Noceriæ, incipiunt in prima Dominica Quadrageſimæ, & continuant per quindecim dies.

Foligni, incipiunt vigeſimoquinto die Aprilis, & continuãt per totum menſem Maj.

Venetijs, in vigilia Aſcenſionis, & continuant per vndecim dies.

Rauennæ, incipiunt primo die Maij, & continuant per quatuor & viginti dies.

Tarenti, incipiunt primo die Maij, & continuant per octo dies.

Salerni, incipiunt primo die Maij, & continuant per quindecim dies.

Anſani, incipiunt in vltimo die Iouis Maij, & continuant per quindecim dies.

Arimini, incipiunt uigeſimo die Iunij, & continuant uſque ad uigeſimumquintum diem Iulij.

Coſentiæ, incipiunt primo die Iulij, & continuant per quatuor dies.

Ceſenę, incipiunt primo die Auguſti, & continuat per totum menſem.

Coſentię, incipiunt uigeſimoquinto die Iulij, & continuãt per dies octo.

Anſani, incipiunt in ultimo die Iouis Auguſti, & continuãt per quindecim dies.

Fauentiæ, incipiunt primo die Septembris, & continuant per totum menſem.

Roue-

Digitized by Google

Rouerę Marcæ, incipiunt quartodecimo die Septembris, & continuant per vigintiquinque dies.

Ricanatę, incipiunt quintodecimo die Septembris, & continuant per duos menſes.

Salerni, incipiunt vigeſimoprimo die Septembris, & continuant per quindecim dies.

Cremonæ, incipiunt vigeſimoquarto die Septembris, & cõtinuant per vndecim dies, poſt dedicat. S. Michaelis.

Vicentiæ, incipiunt vigeſimoſexto die Octobris, & continuant per quindecim dies.

Taruiſij, incipiunt vigeſimoſecundo die Octobris, & continuant per quindecim dies.

Luceriæ, incipiunt primo die Nouembris, & continuant per quindecim dies.

Piſauri, incipiunt decimoquinto die Nouembris, & continuant vſque ad Natiuitatem Domini.

Bari, incipiunt ſexto die Decembris, & continuant per decem dies.

Tempora nundinarum Siciliæ ſunt hæc.

Primum Meſſanę, incipiunt decimoquinto die Auguſti, & continuant per vigintiquattuor dies.

Cataniæ, incipiunt decimoquinto die Auguſti, & continuant per uiginti dies.

Cartagenæ, incipiunt quarto die Octobris, & continuant per quindecim dies.

Piazzæ, incipiunt decimooctauo die Octobris, & continuãt per decem, & octo dies.

Caſtri, incipiunt decimotertio die Nouembris, & continuant per quindecim dies.

Cæſarauguſtæ, incipiunt decimoquinto die Decembris, & continuant per quindecim dies.

Tempora

Digitized by Google

Tempora nundinarum, quæ in Gallia celebrantur.

Primæ Lugduni, incipiunt primo die poſt Paſcha Reſurrectionis, & per menſem continuant.

Secundæ, incipiunt primo die poſt Pentecoſtem, & per mẽſem continuant.

Tertię incipiunt primo die Octobris, & per menſem continuant.

Quartæ, incipiunt primo die Ianuarij, & per menſem continuant.

Tempora nundinarum in Hiſpania celebrantur.

Primum Auiæ incipiunt primo die Quadrageſimę,& continuant vſque ad Paſqua Reſurr.

Anioſeci,incipiunt poſt Paſcha Reſur.& continuant uſque ad Pentecoſten.

Et in dicto loco, incipiunt poſtea primo die Septembris,& continuant per totum menſem.

Medinæ Campi, incipiunt poſt Pentecoſtem, & continuant per totum menſem Iulij.

Et poſtea in dicto loco, incipiunt primo die Nouembris,& continuant vſque ad ſextumdecimum diem Decembris.

Tempora nundinarum, quæ Antuerpiæ celebrantur.

Primæ, incipiunt in Paſcha Reſurr. & per menſem continuant.

Secundæ, incipiunt in Pentecoſte, & per menſem continuant.

Tertiæ, incipiunt in feſto Sancti Martini, & per menſem continuant.

Tempo-

Digitized by Google

Tempora nundinarum principalium Germaniæ.

Primum Francfurti, incipiunt in tertia Dominica Quadrageſimæ, & continuant per quindecim dies.

Et deinde in dicto loco, incipiunt nono die Septembris, & continuant per dies quindecim.

Argentorati, incipiunt vigeſimoquarto die Septembris, & continuant per dies quatuordecim.

Tempora nundinarum Luſitaniæ.

Primum Lanoti, incipiunt quinto die Martij, & continuant per quidecim dies.

Bergię, incipiunt primo die Auguſti, & cōtinuant per quindecim dies.

Cauni, ſeu Floris rubei, incipiunt decimoquinto die Auguſti, & continuant per quindecim dies.

Penellæ, incipiunt vigeſimonono die Setembris, & continuant per quindecim dies.

RESpondens ad dubium, dico cum Baldo in conſil. 113. nu. 6. Qui ſcribit litteras cābij, ut ſoluantur per primas nundinas, puta Lugduni, Anſani, & ſimilibus locis, non ſe reſtringit ad illum terminum, & vltimū diem immunitatis dictarum nundinarum, aſſignatum à Principe, ſed intelligēdum eſt, ut intelligi ſolent communes inter Mercatores termini, & dies, quibus cambia contrahi, & litteræ per dictas nundinas expediri ſolent: uerbi gratia, eo anno, quo nundinæ Anſani incipiunt à tali die Iunij, eo quòd Mercatores, & merces non peruenerunt tempeſtiuè, differunt eas uſque ad menſem Auguſti, quoniam tempus nundinarum ueraciter eſt potius intelligendum ille concurſus hominum, & negotiatio Mercatorum, qui nundinas faciunt, quam tempus Principis priuilegiatum pro dictis nundinis, l. 1. C. de nundinis. Itaque cum tempus nundinarum differtur propter

multa

Digitized by Google

multa negotia,quę in illis aguntur,ultimus ille terminus negotiorum appellandus eſt terminus ſolutionis litterarum, quæ in multis exiguntur, quòd terminus nundinarum, ſcilicet immunitatis non parum diſtat à termino ſoluendi litteras,propter rationem prædictam, qui eſt incertus, & variatur iuxta temporum uarietatem, & rerum euentus, in quibus Mercatores incipiunt, & perficiunt negotia: qui à principio finem oſtendit.

Et ſi de hoc pleniorem doctrinam quæritis, legite Deciſiones Rotæ Genuæ deciſ. 1.

Finis Secundæ partis Summæ Coronæ Confeſſorum.

Digitized by Google